









Res
1147



CONCLUSIONES
FILLOSOPHICAS

SACADAS

DE TODA LA PHILOSOFIA RACIONAL

DE LA ESCUELA THOMISTICA

SEGUN EL METODO RECOMENDABLE

DE LA UNIVERSIDAD DE VALENCIA

Y CONFORME A LOS PRINCIPIOS

DE LA ESCUELA THOMISTICA

QUE SE PROPONE A LA PUBLICA DISPUTA

D. ANTONIO DE PALAFOX, Y CROY,

A QUIEN CONTRIBUYA CON SU AUXILIO Y DEDICACION

DON ANTONIO SANCHEZ Y BLASCO,

Profesores de Filosofía en la Universidad de Valencia
Donde se celebró la disputa el día 15 de Mayo de 1847
en el templo de San Juan Evangelista

SE HA IMPRESO EN LA UNIVERSIDAD DE VALENCIA

En la imprenta de la Universidad de Valencia, calle de la Universidad, número 10

598417

R 376537

896398



CONCLUSIONES PHILOSOPHICAS,

SACADAS

DE TODA LA PHILOSOPHIA RACIONAL

DISPUESTAS

SEGUN EL METHODO RECOMENDABLE

DE LA UNIVERSIDAD DE VALENCIA,

Y CONFORMES A LOS PRINCIPIOS

DE LA ESCUELA THOMISTICA;

LAS QUE PROPONE A LA PUBLICA DISPUTA

D. ANTONIO DE PALAFOX , Y CROY,

A QUIEN CONTRIBUIRÁ CON SU AUXILIO , Y DEFENSA

DON ANDRES SANCHIZ , Y BLASCO,

Presbytero , Beneficiado en la Metropolitana de dicha Ciudad de
Valencia , Maestro en Artes, y Professor de la misma Facultad,

Doctor en Sagrada Theologia , Opositor à la Cathedra
del Subtil Maestro , y Colegial , que fuè,

en el de San Pio Quinto.

SERÁ LA DISPUTA EN DICHA UNIVERSIDAD
de Valencia el dia 30 del mes de Mayo de MDCCLVI.

En Madrid: En la Oficina de Joachin Ibarra , calle de las Urofas.



THESES

UNIVERSÆ PHILOSOPHIÆ RATIONALIS,

JUXTA

COMMENDABLEM UNIVERSITATIS VALENTINÆ

METHODUM CONCINNATÆ,

ATQUE

SCHOLÆ THOMISTICÆ PRINCIPIIS CONSONÆ,

QUAS

PUBLICÆ DISPUTATIONIS DISCRIMINI PROPONIT

D. ANTONIUS DE PALAFOX, ET CROY,

SUB PRÆSIDIO

D. ANDREÆ SANCHIZ, ET BLASCO,

Presbyteri, in Metropolit. Valentina Ecclesia Beneficiati, Philosophiæ Magistri, ejusdem Facultatis Professoris, Sacræ

Theologiæ Doctoris, pro Theologica Subtilis Scoti

Cathedra Candidati, in Collegio S. Pii Quinti

olim Alumni.

LOCUS CERTAMINIS VALENTINUM LYCÆUM,

die 3^o mensis Maii, anni MDCCLVI.



Matriti. Apud Joachim Ibarra Typographum Urosarum via.

THESES

UNIVERSITATIS VALLENTINAE

IUSTA

COMENDABILEM UNIVERSITATIS VALLENTINAE

METHODUM CONCINNATAE

ATQUE

SCHOLAE THOMISTICAE PRINCIPIS CONSONAE

CAUSAS

REBUS DIFFERENTIIS DISCRIMINE PROPOSITIS

D. ANTONIUS DE PALAZON, ET GROU,

SUB PRÆSIDIO

D. ANDRÉE SANCHIZ, ET BLASCO,

Magistri, in Metropolitana Valentinæ Ecclesiæ Theologiae, The-

ologiae Magistri, et aliorum Facultatis Professoris, Sacrae

Theologiae Doctores, pro Theologiae Sacrae

Facultatis Cancellari, in Collegio S. Petri

olim Alumnus.

LOCUS EXAMINIS VALLENTINUM I. C. A. M.

die 14 mensis Martii, anni MDCCCLV.

Typographum Valentinum

SEÑORA.

PUEDO decir, sin exageracion, que las primeras palabras, con que empecè à hablar en la Casa de mis Padres, fueron tomadas de expresiones fuyas, llenas de respeto, de amor, y de elogios de V. Mag. Como frequentes, y repetidas las mas veces con admiracion, se hicieron prompto passo de mi memoria à mi

voluntad; y conservadas por una, y otra con natural gusto, hasta ser ya costumbre el recuerdo, y aprecio de lo que significaban, luego que pensè en mantener estas Conclusiones Philosophicas, y en que era precisa su impresion, no tuve que suspenderme en buscar à quièn dedicarlas; porque la obligacion, que me acordaban aquellos felices principios, con que saludè al mundo, me estimulaban tambien à discurrir, que no debian ofrecerse sino à V. Mag. las primicias de mis cortos estudios; para que se verificasse, que ha sido en mi el uso de la voz, y del entendimiento tan dichoso, que co-

men-

menzò, y profigue, acreditando lo que veneran, aman, y admiran à V. Mag. todos los mios, especialmente Yo, que me prometo no faltarán en adelante de los pies de V. Mag. iguales pruebas à la que confagro ahora, si V. Mag. la admite benigna, y sirve de calificacion de mis fieles humildes deseos. En tanto los ocuparé en rogar à nuestro Señor, que conserve la larga vida de V. Mag. lo que se merece, y necesita España.

D. Antonio de Palafox, y Croy.
PRO-

PROEMIALES PHILOSOPHICOS.

TAL vez alguno extrañará, que aquellos siete Sabios de Grecia, movidos solo del dulce alhago del estudio Philosophico, caminassen tantas, y tan distantes vastas Regiones del Universo, con tan duro, y prolongado trabajo; pero quien con séria, y madura reflexion considere lo que la Philosophia merece, su utilidad, y excelencia, no se admirará; antes bien dirá, y exclamará con Tulio: *Aquel, que afea, y vitupera el estudio de la Philosophia, ignora què tendrá por digno de alabanza.* Por tanto, pues, suene el Clarin, Marte se enfurezca, dèse la batalla sin tardanza, y acometase con furor contra los Atheistas Philosophicos, como son los Acatalepticos, que no conocen la posibilidad de tan noble provechosa Ciencia, y los Scepticos, que niegan su existencia. Con igual ardor se ha de persuadir, que el estudio Philosophico es grandemente necessario à el hombre, ò *por Racional*, para que esta ciencia excelente illustre, adorne, y guie sus potencias; ò *por parte politica de la Republica*, para que con sal tan racional fazone la sociedad humana; ò *por Catholico*, para que le sirva de antemural, y defensa de la Religion, y Fè Catholica. Y porque no passemos adelante sin saludar à tan noble, y excelente Facultad, se declarará luego al punto al que preguntasse su etymologia, origen, y definicion: à quien primero se infundiò, cómo se fuè aumentando, por què série de gentes llegò à nosotros, en què partes se divide, quáles las sentencias de los antiguos en esto, sus causas activas; y por ultimo, qual sea su causa final. Resta yà, que propongamos à la disputa las partes, que componen nuestra Philosophia Racional.

PROE-

I

PRO O E M I A L I A P H I L O S O P H I Æ.

Mirabitur fortasse aliquis , quod Philosophiæ cupidine allecti septem illi Graii Sapientes tot , tamque dissitas terrarum Orbis Regiones gravi , diuturnoque labore peragrassent ; ast , qui pro meritis , serioque animo ejus & utilitatem , & præstantiam perpendat , mirabitur nequaquam : quinimò cum Tullio vocem extollens pronunciabit : *Philosophiæ studium , qui vituperat , haud sanè intelligo , quodnam sit quod laudandum putet.* Hinc in Acatalepticos possibilem , in Scepticos existentem negantes Philosophiam classicum insonet , ferveat Mavors , signisque signa conferre non pigcat. Simili etiam ardore propugnandum , & ratione suadendum existimo , Philosophiæ studium apprime utile , & necessarium esse homini , ut *homo est* , ut ejus intellectum illuminet , rationem perficiat , & voluntatem dirigat ; nec non , ut *Reipublicæ est membrum* politica societate aliis conjunctum ; ac denique , ut *Fidelis est* ad ipsius Fidei , & Religionis præsidium , atque propugnaculum. Sed ne insalutato hospite hujus facultatis penetralia perlustrem , è limine interroganti tradam ejus etymologiam , definitionem , & originem : simulque , cuinam homini primò infusa fuerit Philosophia , quibus incrementis aucta , quaque Gentium serie ad nos usque provecta , in quot , & quas dividatur partes , quæque de hoc fuerint veterum sententiæ , atque quæ sint causæ effectrices , quinam finis illius , statim aperiam pulsanti. Quibus prælibatis , rectus jam postulat ordo , ut Philosophiæ Rationalis partes in examen vocemus.

B

DE

DE LA DIALECTICA.

Establecense algunas cosas preambulas, ò preliminares.

A Quella Facultad, ò Arte, que explica, y enseña el recto methodo de arguir, y disputar, llamase comunmente Dialectica: ésta es la que guia, y dirige à el entendimiento, para que buscando la verdad, no tropiece con el error, y falsedad, y se engañe à si, y à los demás: por esso, pues, con aprobacion del Grande Agustino, se define así: *Arte para disputar bien, y con rectitud.* La disputa se explica con el Angelico Doctor así: *Es un acto syllogistico de un objeto á otro, para probar, y persuadir algun assumpto.* Entre quiénes, y cuántos haya de ser la disputa, y qué reglas se han de observar, y practicar en ella, será de nuestro cargo el explicarlo, si fuere necesario. Para conseguir, pues, la Dialectica el fin que intenta, que es la verdad, va delante la brillante luz de la razon, mediante sus tres operaciones, en que el entendimiento humano se divide; y son: *Simple Aprehesion, Juicio, y Discurso.* La Simple Aprehesion es *un acto del entendimiento, que meramente percibe el objeto:* El Juicio es *una operacion intellectiva, que afirma alguna cosa:* Y el Discurso es *una intellection humana, que infiere uno de otro.* Entre estas operaciones intellectuales descuella, y sobrefale el Juicio; y la Simple Aprehesion ocupa el lugar inferior. Cada una de las tres está destinada para su obra propria, y característica: la Simple Aprehesion para la Definicion; el Juicio para la Proposicion, y Division; y el Discurso para la Argumentacion. Siguiendo los passos del Angelico Doctor, dàmos distincion real entre el entendimiento, sus operaciones, y obras, cuya diferencia explicaremos à quien la pida, sin apartarnos del mismo Angelico Maestro.

DIA-

DIALECTICA, SIVE LOGICA PARVA ²

Præliminaria statuuntur.

EA disciplina, quæ disputandi, recteque differendi præcepta exhibet, & methodum tradit, communi plausu Dialectica nuncupatur: hæc est quæ mentem, nè in verum inquirendo sese ipsa fallat, aut alios decipiat, dirigit, & gubernat; ideoque sequenti, Augustino plaudente, innotescit definitione: *Ars bene disputandi*. Disputatio verò cum Ang. Doct. ita explicanda est: *Actus syllogisticus unius ad alterum ad aliquod propositum ostendendum*. Inter quos, quotque inter litterarium debeat agitari certamen, quæque disputationi sint regulæ, mea intererit explanare. Ut præconceptum scopum Dialectica pertingat, tribus mentis operationibus, *Apprehensioni* scilicet, *Judicio*, & *Discursui*, quibus omnis humana continetur cognitio, directione præit, moderamine præfulget. Apprehensio definitur: *Intellectio humana merè percipiens*; Judicium: *Intellectio humana enuntians*; Discursus demum: *Intellectio humana inferens*. Ex his inferior est Apprehensio; supereminet Judicium. Cuilibet proprium, & peculiare correspondet opus: Apprehensioni definitio: *Judicio, Propositio, & Divisio*; Discursui tandem consonat argumentatio. Nos Angelici Doctoris prementes, prout fas est, vestigia, intellectum, ejus operationes, & opera realiter distinguimus; quorum discrimen, ex eodem S. Thoma, quærenti dabitur, & innotescet.

DEL SIGNO.

EL signo, de cuya existencia no dudará Philosopho alguno, sin rubor suyo, es justo se defina así: *Un medio, que con subordinacion, es manifestativo de otra cosa.* De esta definición, ni se quite, ni se ponga cosa alguna, que yá se sabe, que algunos Thomistas admiten la *potencia cognoscitiva*; y si tal se executa, será cierta la guerra, y armada la disputa. Diremos más: Que se tengan por improprias, y dissonantes algunas otras definiciones del signo, como algunos suelen defender, quales son una, que dice, es el signo *un ente ordenado à manifestar*; y otra, que afirma, es *una cosa, que puede llevarnos en conocimiento de otra.* Aunque el signo, segun su entidad, pueda exceder mucho en perfeccion à su signado; pero como tal, siempre se hallará muy inferior. Repugna, que una cosa se represente à sí misma; por lo que, signo indistinto de su signado le tenemos por chimerico. El signo tiene dos caras, ò respectos; pues mira al signado, y dice orden à la potencia: por una, y otra parte tiene sus divisiones; pero entre todas, la que tiene el mejor lugar, y ocupa el primer asiento, es la que le divide en signo *natural*, y signo *arbitrario*, ò *ad placitum*. Entre uno, y otro hay mucha diferencia, la que les viene, y proviene de dos capitulos, ò por dos titulos, lo que explicaremos con gusto, si fuese necesario, y alguno lo preguntasse. La division del signo en *natural*, y *arbitrario*, de tal modo la tenemos por cabal, univoca, y adecuada, que negamos desde luego otro qualquiera signo, que no coincida, y se reduzca à el *natural*, ò *arbitrario*, y sea el *casual*, *fortuito*, ò *ex consuetudine*.

Signum, cujus existentiam in dubium vertere, dedecet Philosophum, sic nobis definiendum arrisit: *Medium subordinate manifestativum alterius*: Unde si amicabili foedere velis incedamus, nec particulas *potentiæ cognoscitivæ*, quas necessarias nonnulli cogitant Thomistæ, adjicias; nec vocem *alterius*, quam alii ut superfluum detrudunt, contempnas; sin autem, bellum indicere, armaque ciere rationum oportebit. Jam igitur eas signi definitiones, quæ à quibusdam circumferuntur, videlicet: *Ens ordinatum ad manifestandum*, vel: *Res potens ducere in cognitionem alicujus*, ut absonas ablegamus, & irrectas. Signum qua tale suo significato erit imperfectius, licet in esse entis sui significati valeat perfectionem longè, latèque excedere, & superare. Signum propriè tale à suo significato indistinctum poenitus implicat; quare res se ipsam significans totaliter repugnat. Signum ordine quodam cum potentiam versus, & significatum tendat, nihil mirum, quod ex utroque capite plures sibi vendicet divisiones: inter omnes attamen, qua in naturale partitur, & arbitrarium, primum obtinet subsellium; quod inter utrumque evenit discrimen, ex duplici titulo petendum, libenter referam, & enodabo. Præfata insuper signi in naturale, & arbitrarium divisio univoca est, & adæquata; proindeque casuale, sive fortuitum signum, aut ex consuetudine, quod cum naturali, aut arbitrario non coincidat, procul relegamus, foras ejicimus.

DEL TERMINO , Y DEL NOMBRE.

EL termino , que de *terminar* , ò *terminacion* trahe su nombre , se puede tomar en muchos , y varios sentidos , como se verá en la disputa. Nosotros por ahora solo le consideramos , y hablamos de él segun que es parte , que compone una oracion Dialectica ; y en esta consideracion , le definimos así : *Parte Dialectica compositiva por sí de la proposicion categorica*. Echense , pues , fuera , y no tengan mas lugar en las Escuelas otras definiciones del termino , como son la que dice , que es *un concepto , que inadecuadamente constituye el modo de saber* ; y otra , que assevera , que es *una diction resolutiva de la oracion , que pertenece à la Philosophia Racional*. Concedemos la razon propria de termino à la copula formal , la que justamente negamos à las partes de la *Definicion* , *Division* , y *Proposicion* complexa , como tambien à los casos obliquos , y syncategorematicos. La division del termino en *mental* , *vocal* , y *escrito* admitimos , y la tenemos por univoca , y adecuada. Entre todas las propiedades del termino , la mas excelente es la *suposicion* , la que no es otra cosa , que una *accepçion passiva del termino por algun significado , segun pide la copula*. Nombre Logico vocal , segun Aristoteles , es *una voz significativa ad placitum , sin tiempo , de quien ninguna parte separada significa , finita , y recta* ; ò de otro modo : *un signo dialectico incomplexo , sin tiempo , finito , y recto* , y así conviene à qualquiera nombre , que sea tal propriamente. Este excluye , y no admite en su compania à los nombres complexos , à los infinitos , participios , casos obliquos , y à los terminos equivocos. Cómo se infinite el nombre , lo diremos à quien lo desee , y pida en la disputa.

DE

Terminus à *terminatione* nomen ducens, multifariam accipi potest, ut videre licet in congressu. Nos tamen de termino, quatenus pars est, qua oratio coalescit dialectica, sermonem instituentes, ita, optime quidem, definimus: *Pars dialectica propositionis categoricæ per se compositiva*. Longius ergo abeant ceteræ termini definitiones ut: *Conceptus inadæquate constituens modum sciendi, &: Dictio resolutiva orationis ad Philosophiam Rationalem pertinentis*; nec amplius earum inveniatur locus. Copulæ formali propriam termini rationem non est cur non concedamus; quam, valida non parum ratione, *Definitionis, Divisionis, Propositionisque* complexæ partibus, immò etiam casibus obliquis, & syncategorematicis, dudicimur, ut negemus. Termini partitionem in mentalem, vocalem, & scriptum ut univocam salutamus, & adæquatam. Ante omnes termini proprietates excellentior exsurgit suppositio, quæ est: *Acceptio passiva termini pro aliquo de quo verificatur juxta exigentiam copulæ*. Nomen logicum vocale est ex Aristotel. *Vox significativa ad placitum, sine tempore, cujus nulla pars separata significat, finita, & recta*; vel: *Signum dialecticum incomplexum, sine tempore, finitum, & rectum*, ut cuiusvis nomini congruat proprie tali. Nomina complexa, infinita participia, casus obliquos, ac terminos æquivocos à sua terminus proprius arce detrudit. Qualiter nomen infinitari dicatur, inter confligendum, si optas, habebis.

DEL VERBO, Y DE LA ORACION.

LA definicion del Verbo vocal es ésta: *Voz significativa ad placitum, con tiempo, de quien ninguna parte, separada, significa, finita, recta, y siempre nota de aquellas cosas, que se predicán de otro.* Mas el verbo en comun se declara así: *Signo dialéctico incomplexo, con tiempo, &c.* Y aunque el verbo pide por su esencia significar *con tiempo*, mas no *el tiempo*; por lo que no se juzgue, que es lo mismo *significar el tiempo, connotar el tiempo, y significar con tiempo*; pues es muy distinto uno de otro. Ni se dé la razon de verbo à los verbos complexos, infinitos, obliquos, y participios. Que el verbo se pueda infinitar dentro, ò fuera de la proposicion, lo concederèmos, con tal, que haga, y tenga veces de sugero, ò predicado; pero si como verbo se contempla, no se admitirà. La oracion vocal la explica Aristoteles, diciendo: que es una *voz significativa ad placitum, cuyas partes, separadas, significan, como diction, y no como afirmacion, ò negacion.* No tendrèmos repugnancia en que à la Oracion, segun que comprehende, y contiene à la *mental, vocal, y escrita*, se defina así: *Signo dialéctico incomplexo, cuyas partes, &c.* Estamos prompts à proponer, y declarar las varias oraciones, en que la oracion se divide, y multiplica, como son: *Perfecta, imperfecta, deprecativa, imperativa, operativa, y enunciativa*; pero tengase presente lo que el Philosopho enseña; y es, que sola la *enunciativa* es propria de la consideracion philosophica; pero las demàs son mas proprias, y pertenecen màs à los Professores de la Poesia, ò Rhetorica; por tanto, remitanse à éstos, que las expliquen.

§

DE VERBO, ET ORATIONE.

Verbum vocale est : *Vox significativa ad placitum cum tempore , cujus nulla pars separata significat , finita, & recta , ac eorum , quæ prædicantur semper nota.* Verbum vero in communi ita , & per quam belle , exprimitur : *Signum dialecticum incomplexum , cum tempore , &c.* Quamquam ex meritis verbi non sit , quod *tempus* , est tamen quod *cum tempore* significet , ne ergò *significare tempus* , *connotare tempus* , *cumque tempore significare* , cum valde differant , idem esse arbitreris. Verba complexa , infinita , obliqua , & participia à ratione verbi excludenda sunt. Verbum extra propositionem , intra propositionem verò , dum subjecti munus subit , vel prædicati , infinitari posse , non dubito , si tamen copulæ vices gerat , abnuo. Arist. ita orationem exenterat vocalem : *Vox significativa ad placitum , cujus partes separatæ significant , saltè ut dicitio , non ut affirmatio , & negatio.* Si orationem , quæ mentalem , vocalem , & scriptam comprehendat , ita definias : *Signum dialecticum complexum , cujus partes , &c.* non adversamur. Oratio in perfectam , & imperfectam dividitur ; in deprecativam , imperativam , optativam , & enuntiativam , quas in votis est , declarare. Ast , ut verbis Aristotelis in præsentiarum utar , sola enuntiativa oratio Philosophicæ consonat contemplationi ; cæteræ enim artis poeticæ , Rhetoricesque Professorum magis propriæ videntur ; ipsis ergo relinquuntur dilucidandæ.

DEL MODO DE SABER, DE LA DEFINICION, y Division.

SI mucho deleyta el saber, no es de menor gusto entender con pefeccion, y penetrar el *modo de saber*, el qual enseñan los Dialecticos, y le definen assi: *Oracion dialectica manifestativa de lo que en confuso se conocia*. Otras definiciones, que se suelen dàr del *modo de saber*, estàn defectuosas en el recto modo de definir; tales son una, que dice assi: *Oracion manifestativa de lo que no se conocia*; y otra, que afirma, es un *conocimiento artificial*. La division del modo de saber en *Definicion*, *Division*, y *Argumentacion* la tenemos por adecuada, y demonstrativa: y assi se verà, que la Proposicion està muy lexos de ser modo de saber. La Definicion es un *modo de saber*, que *explica la essencia de la cosa*. Si se divide, se verà, que una es *Essencial*, y otra *Descriptiva*; una *Physica*, y otra *Metaphysica*. De qualquiera, si es necessario, daremos razon en la Palestra. La Division es un *modo de saber*, que *distribuye el todo en sus partes*. Entendido se està, que lo que se divide, se llama *todo*, y las partes en que se divide, ò distribuye *miembros dividentes*. Las divisiones de la Division, si se nos pregunta, las expondrèmos, y se daràn las reglas de una buena division. Quatro son, pues: primera, que los miembros dividentes se excluyan uno à otro: segunda, que la Division se haga en sus immediatas partes: tercera, que el todo, ò diviso todas las comprehenda: quarta, que el diviso se extienda à màs, que cada una de sus partes dividentes. Si de qualquiera parte dividente se arguye afirmativamente al diviso, està bien arguido; pero haciendolo negativamente, se inferirà mal. Mas del diviso à qualquiera de sus partes, *affirmativè*, resulta mala consequencia; y *negativè*, buena. Del diviso à todas sus partes *disjunctivamente*, ò al contrario, sea *affirmativè*, ò *negativè*, se sacarà una consequencia convincente.

DE

DE MODO SCIENDI, DEFINITIONE,
& Divisione.

NON solum scire libet, sed modum quoque sciendi, qui Dialecticis placet, penetrare delectat, estque: *Oratio dialectica confuse cogniti manifestativa*. Aliæ igitur, quæ pro modo sciendi afferri solent definitiones, à debita rectitudine, & definiendi methodo declinant, quales sunt: *Oratio ignoti manifestativa*, &: *cognitio artificiosa*. Modi sciendi partitionem in definitionem, divisionem, & argumentationem demonstrativam, ut adæquatam admittimus, ut à modo sciendi propositionem eliminemus. Est itaque definitio: *Modus sciendi explicans quid sit res*. Unam essentialem, descriptivam aliam, aliam physicam, metaphysicam alteram dicimus. De singulis in Palæstra. Divisio est: *Modus sciendi distribuens totum in suas partes*. Quod dividitur, totum divisum; partesque in quas secatur, membra dicuntur dividencia. Divisionis divisiones posces, ut enarrem. Quatuor rectæ divisionis adsignantur regulæ: prima est, quod membra dividencia mutuo sese excludant: secunda, quod divisio in membra fiat immediata: tertia, quod omnia divisi membra comprehendat: quarta, quod totum divisum ad plura, quam quodlibet membrum dividens extendatur. A quolibet membro dividente ad divisum affirmativè valet consequentia; negativè non valet. Enimverò à diviso ad quodlibet membrum dividens affirmativè non tenet; tenet autem negativè. A diviso ad membra dividencia disjunctivè, & è contra, indiscriminatim affirmativè, aut negativè, tenet illatio, urget assertum.

DE LA PROPOSICION.

DOS son las definiciones de la Proposicion , esencial una, que es ésta : *Oracion dialectica enunciativa* ; y descriptiva otra , que dice así : *Oracion dialectica , que significa lo verdadero , ò lo falso*. En la Proposicion , si atentamente se considera, se hallará su *forma, materia , cantidad , y qualidad*. La materia está en el sugeto , y predicado ; la forma , en la copula; la cantidad , en que sea la proposicion universal , ò particular; y la qualidad , consiste en su verdad , ò falsedad. Por parte de la materia , se divide en *Necessaria , Impossible , Contingente, Identica , y Formal* ; por parte de la forma , en *Afirmativa , y Negativa* ; por razon de la cantidad, en *Universal , y Particular* ; y ultimamente , por parte de la qualidad , en *Verdadera , ò Falsa*. Aún tiene mas divisiones la proposicion , como son : en la de *primero , y segundo adyacente*; esto es , de *predicado distinto , ò indistinto del verbo* , en *Categorica , Hypotetica , Absoluta , Modal, y Exponible* , de las que se puede preguntar, si fuere menester. En la proposicion *Modal* tiene primer asiento el *modo* , el qual se divide , y parte en quatro , que son: *Possible , Impossible , Necessario , y Contingente*. Estos se pueden considerar tambien como *adverbios* , ò como *nombres* : de esta manera , aunque se antepongan al sugeto , no pierden su lugar , pues hacen las veces de predicado. Otra Proposicion hay , que se llama *Indefinida* , y esta en materia necesaria vale por universal ; pero en la contingente equivale à particular. Las propiedades de la Proposicion son tres: *Oposicion logica, Equipollencia , y Conversion*. Todas son utiles , y ninguna perjudica , pues conducen en diversos casos.

DE

EX duplici definitione, quam complectitur Propositio, essentialem habe: *Oratio dialectica enuntiativa*; descriptivam audi: *Oratio dialectica verum, vel falsum significans*. In propositione, *materia, forma, quantitas, & qualitas* inspicendæ sunt. Materia propositionis est subjectum, & prædicatum; forma est copula; quantitas est universalitas, vel particularitas; qualitas postremo veritas est, vel falsitas. Ratione materiæ dividitur propositio in *necessariam impossibilem, contingentem, identicam, & formalem*; ratione formæ in *affirmativam, & negativam*; ex parte quantitatis in *universalem, & particularem*; ex parte denique qualitatis in *veram, & falsam*. Partitur itidem propositio in *de primo, & de secundo adjacente*, in *categoricam, & hypoteticam, absolutam, modalem, & exponibilem*, de quibus, roga. Præcipuam in propositione *modali* sedem sibi adrogat *modus*, qui quidem quadruplex adstruitur, nempe: *Possibile, impossibile, necesse, & contingens*. Modi isti *adverbialiter* sumi possunt, & *nominaliter*; qui in præfato posteriori modo accepti, subjecto licet præponantur, semper in propositione prædicati munus gerunt. Propositio alia dicitur *indefinita*, quæ in materia necessaria, universali; aut in contingenti, particulari æquipollet citra dubium. Proprietates agnoscit, fovetque ternas propositio, *logicam* nimirum *oppositionem, equipollentiam, & conversionem*; deserviunt ei omnes, suffragantur omnes; nulla est non utilis, nullaque quæ oblit.

DE LA OPOSICION LOGICA.

LA oposicion logica , que sigue , y acompaña à la Proposicion , segun hemos dicho ahora , como que es propiedad suya , que en ocasiones la sirve , y aprovecha mucho , se explica , y define asì : *Oposicion* , ò *repugnancia de dos proposiciones entre si* , que tienen un mismo sugeto , y predicado. De tres modos admitimos la *Oposicion*; es à saber : *Contradictoria*, *Contraria* , y *Subcontraria* ; pues à la *Subalterna* no la damos por tal en todo rigor , y propiedad. La *Contradictoria* se dà entre dos proposiciones , ò singulares ambas , ò universal una , y particular otra ; de modo , que lo que niega una , afirme otra quanto se necesita para la falsedad de la otra. No hay inconveniente , en que dos proposiciones , que suponen lo falso , sean contradictorias. Pero seràn acaso ambas falsas? No por cierto ; y asì , esso fuera una mala consecuencia , y un consiguiente falso ; porque no se hallaràn en materia alguna dos proposiciones contradictorias , ambas falsas , ò verdaderas. La oposicion *Contraria* tiene su lugar entre dos proposiciones universales , como tambien , entre universal , y singular ; afirmativa una , y negativa otra. Para la pugna , y oposicion de éstas se requiere , que una afirme , ò niegue mas , que lo que se necesita para la falsedad de la otra. Proposiciones contrarias , verdaderas ambas , no las hay absolutamente : bien , que se hallaràn muchas falsas , solo en materia contingente ; pero en materia necesaria , ninguna. La oposicion *Subcontraria* se pondrà entre dos proposiciones particulares ambas , ò particular una , y singular otra ; y en éstas , toda su pugna se halla , y evidencia en la falsedad ; pero en la verdad professan una muy estrecha , y pacifica union. Hay una oposicion que se llama *de ley* , (ò *segun ley*) *de nota* , ò *formal* ; por tanto prevenimos , que en qualquiera especie de oposicion , con mucho gusto señalarèmos proposiciones opuestas *de ley* , *de nota* , y *de ley sola*.

DE

DE OPPOSITIONE LOGICA.

Logica oppositio, quam propositionis comitem proprietatem jam adstruximus, eique quandoque ancillantem nuper diximus, est: *Repugnantia inter duas propositiones idem subjectum, & prædicatum habentes*: & triplex statuitur, *contradictoria, contraria, & subcontraria*; oppositionem etenim *subalternam*, ut non rigorosam tantum admittimus. *Oppositio contradictoria* duas est inter propositiones, aut ex æquo singulares, aut quarum universalis est una, particularis alia; ita tamen, quod una, quod altera negat, affirmet, quantum ad alterius sufficit falsitatem. Duas propositiones falsum supponentes contradictoriè opponi, nihil obest: poterunt ergo simul esse falsæ? Irrecta illatio, falsumque consequens; nulla siquidem in materia duas contradictorias aut falsas adnotabis, aut veras. *Contraria* oppositio duas inter propositiones universales, etiamque inter universalem, & singularem, affirmantem unam, & negantem aliam suum vindicat locum. Ad duarum contrariarum pugnam opus est, quod vel affirmet, vel neget una plus, quam ad alterius falsitatem necessum est. Duas propositiones contrarias quæres simul veras, sed frustra: in materia contingenti simul falsas invenies plures, in necessaria verò, nullas. *Oppositio subcontraria* suam inter duas propositiones particulares, aut inter particularem, & singularem sedem adstruit; hæ in falsitate pugnant; in veritate foedus ineunt amicabile. Cum in propositionibus *lex* detur, & *nota*, in quavis oppositionis specie oppositas propositiones de *lege*, & *nota*; ac de *lege* tantum assignare peropto.

DE

DE LA EQUIPOLENCIA , CONVERSION, y Argumentacion.

Equipolencia , segun su nombre dà à entender, es : *Equivalencia de dos proposiciones, en quanto al sentido, y su verdad, por razon de una negacion antepuesta, ò pospuesta.* Y cómo las Proposiciones Contradictorias, Contrarias, y Subalternas se pueden hacer equipolentes, darèmos à este fin regla fija, si fuèssè necessario; pero intentar hacer equipolentes las subcontrarias, sobre ser atrevimiento, es irritò, y nulo semejante conato. La *Conversion* de las proposiciones no es mas, que una *inversion*, ò *reciproca mutacion del sugeto en predicado*, ò al contrario, *sin mutacion alguna de afirmacion, ò negacion.* Es indubitable, que esta *Conversion* puede ser de tres modos, que son : *Simplemente, por accidente, ò por contraposicion.* La *Argumentacion* es una oracion, en la qual se significa, que el *Juicio infiere una cosa de otra, ò otras muchas* : ò si pareciere bien, se puede decir, que es una oracion, en la qual se infiere una cosa de otra. En el numero septenario se hallaràn comprehendidas las especies de la *Argumentacion*, es à saber : *Induccion, Exemplo, Dilemma, Sorites*, (*Argumento de primo ad ultimum*, que llama el *Dialectico*) *Sylogismo, Enthymema, y Epichemera, ò Raciocinacion.* En la disputa se explicará esto con gusto, si fuèssè necessario. *Consequencia* es *inferir el conseqüente del antecedente.* Contiene ésta una grande eficacia, y energia ; pero no se ponga en la verdad, ò falsedad de los extremos ; colóquese en la connexion de ellos, que así estarèmos convenidos. Solo pedimos, se tenga presente la distincion, que hay entre consequencia, y conseqüente. Es muy buena la division de la consequencia en *formal, y material* ; què sean éstas, y quáles las reglas de la buena consequencia, lo harèmos patente, y claro à quien lo preguntáre.

DE

DE ÆQUIPOLLENTIA, CONVERSIONE,
& Argumentatione.

Æquipollentia, ut nomen ipsum non obscure innuit, est: *Æquivalentia duarum propositionum quoad veritatem, & sensum ratione negationis antepositæ, vel postpositæ.* Qualiter contradictoriè, contrariè, & subalternè oppositæ propositiones æquipollentes fieri queant, regulam firmabo: irritum verum ausu subcontrariè oppositas facere tentabis æquipollentes. Propositionum conversio est: *Inversio, sive reciproca mutatio subjecti in prædicatum, & è contra, absque ulla affirmationis, aut negationis mutatione.* Dubio procul evenire potest conversio simpliciter, per accidens, & per contrapositum. Argumentatio est: *Oratio in qua iudicium aliquod ex alio, pluribusve aliis exprimitur illatum; vel si non ægre feras: Oratio in qua infertur unum ex alio:* Hujus species, quæ septenario clauduntur numero, nempe, *inductio, exemplum, dilemma, sorites, syllogismus, entymema, & epychemera,* in conflictu lubebit expromere. Consequentia est: *Deductio consequentis ex antecedenti.* Vim quamdam, non levem quidem, nec contemnendam præsert consequentia; quam ægre admodum patiar, si in extremorum veritate, & falsitate stabilias; si verò in eorum colloces connexionem, arma, ut æquo progrediamur pede, ponam, & submittam. Consequens à consequentia distinguas quæsumus. Haud displicet consequentiæ in *formalem, & materialem* divisio, quæ quid sint, quæque bonæ consequentiæ regulæ, pandam.

D

DEL

DEL SYLOGISMO, Y SU ARTIFICIAL STRUCTURA.

ES el sylogismo una excelentissima especie de argumentacion : es muy poderoso en el Certamen literario, arma invencible, aguda, y penetrante, que hiere de muerte à quien le resiste : segun Aristoteles, se declara asì : *Oracion, en la qual, concedidas algunas cosas, necessariamente se infiere otra diversa de las concedidas, por quanto aquellas son admitidas.* Muchos principios se establecen en el Arte sylogistica para su debido artificio ; pero entre ellos, es muy excelente éste : *Las cosas, que convienen à otra tercera, convienen, y no se distinguen entre si.* La materia proxima del sylogismo no es otra, que las proposiciones, que lo forman, y constituyen. Para que sea artificial, y recto, ha de constar de tres terminos, que se llaman *Mayor extremidad, Menor extremidad, y Medio verbo*, los que sin escasèz señalarèmos en los sylogismos, que se propongan, colocando à cada uno en su lugar. La *forma* del sylogismo està en la disposicion de su materia ; mas la forma de la materia remota es la *figura*, la qual no es mas, que una *disposicion del medio verbo con los extremos, apta para concluir.* Solas tres figuras admitimos, y son : *Sujeta, y predica el medio en la primera ; en la segunda, lo predica dos veces ; y la misma se pone por sugeto en la tercera.* La quarta, que es *predicar, y sujetar el medio*, la darèmos como sea indistinta de la primera en su essencia. Forma de la materia proxima del sylogismo es el *Modo*, el qual es una *disposicion de las premissas, segun su cantidad, y qualidad, apta para concluir.* Se pudieran contar sesenta y quatro modos de sylogismos, pero diez y nueve son solamente los utiles para concluir ; de éstos, los catorce son *directos*, y los cinco *indirectos*. La falacia del sylogismo, dicho se està, que no es otra cosa, que una consecuencia, que siendo mala, parece buena. No tiene mas origen, que un principio ; pero es unica la regla, con que las falacias se descubren, y se deshacen ; uno, y otro, explicarèmos con el Illmo. y Rmo. P. M. Benito Feyjoò.

DE

DE SYLLOGISMO , EJUSQUE ARTIFICIO.

PRæstantissimum argumentationis genus, in litterario Marte præpotens, invictusque gladius, ad internectionem usque, obtinentes acies confodiens, est syllogismus, quem ex Aristot. enucleamus ita: *Oratio in qua quibusdam positis aliud quiddam diversum ab his, quæ posita sunt, necessario sequitur ex eo, quod hæc sint.* Varia artis syllogisticæ sanciantur principia, hoc autem præstat: *Quæ conveniunt cum uno tertio, conveniunt inter se.* Proximam syllogismi materiam propositiones, quibus coalescit, adintegrant. Tribus terminis, *majori*, scilicet extremo, *minori* item, & *medio verbo* consurgit; quos, dato syllogismo, affatim enarrabo, suisque vicissim sedibus distribuam. Syllogismi forma est: *Dispositio ejus materiæ*: forma autem materiæ remotæ *figura* est, quæ dicitur: *Apta medii verbi cum extremis ad concludendum dispositio.* Tres syllogismorum figuras *sub præ*, *bis præ*, & *bis sub*, amplector; quarta enim de *præ sub* à prima essentialiter non differt. Forma materiæ proximæ syllogismi est *modus*, qui ita explicatur: *Apta præmissarum secundum quantitatem, & qualitatem ad concludendum dispositio.* Quatuor supra sexaginta enumerari possunt syllogismorum modi, sed novemdecim tantum ad concludendum utiles; quatuordecim ex his sunt *directi*, quinque *indirecti*. Fallacia syllogismi in eo sita est, quod consequentia re mala, appareat bona. Ex unico principio nascitur fallacia; unicaque regula deteguntur sophismata, & evanescunt: utrumque ex Illustrissimo, & Reverendissimo Magistro Benedicto Feyjoò aperiam,

LOGICA MAGNA.

De sus Proemiales Logicos.

ORO muy acrysolado es la Logica, segun el Angelico Maestro, con que no poco se enriquece, y adorna el entendimiento, pues es una Facultad, que le guia, y dirige, para que en sus tres operaciones no se aparte, ni decline del recto camino de la verdad; por lo que justamente se llama *Arte de meditar, ò pensar*; ò como el Subtil Maestro afirma: *Ciencia, que distingue lo verdadero de lo falso*. Una es *Natural, Artificial* otra. La division en *Actual, y Habitual* la admite gustosa. Cumple exactamente con los cargos, y oficios, que tiene de *docente, y utente*. Se distribuye, y reparte con mucha gloria en *Demonstrativa, Probable, y Sophistica*. Obtiene la honra de ser virtud intelectual; bien que reusa los cargos de *Inteligencia, Sabiduria, Prudencia, y Arte*, aunque se queda muy gustosa con el concepto de *Ciencia*, especulativa con todo rigor; pero nada menos, que práctica, conservando siempre su especifica indivisible unidad. A tanto llega su eficacia, y actividad, que se introduce, como causa efectiva en las demostraciones de las otras ciencias. En la consecucion de éstas, de tal modo aplica su mano, guia, y dirige al entendimiento, que si no es necesaria para ello, atendiendo à lo substancial de las ciencias, con todo esso, es muy util, y provechosa para conseguir las; mas si se atiende à lo accidental de las mismas, no se hallarà otra puerta, por donde entrar, y recrearse en el ameno delicioso Paraíso de las ciencias; y assi hallaràn todos, que la Logica es medio unico para conseguir las.

De Proæmialibus Logicæ.

Logica, purissimum (teste Angel. Doct.) aurum, quo non parum Mentis locupletatur gazophylatium, facultas est, quæ intellectum dirigit, ut à veritatis tramite in suis operationibus non declinet; unde merito *ars cogitandi* conclamatur; vel *scientia veri à falso discretiva*, ut Doctor Subtilis pronuntiat. Alia est naturalis, artificialis alia: actualis, & habitualis divisionem sibi adamat: docentis, & utentis munera sortitur; atque demonstrativæ, probabilis, & sophisticæ distributione congaudet. Virtutis mentis nanciscitur gloriam; hujus tamen non omnes amplectitur species: Intelligentiæ siquidem, sapientiæ, prudentiæ, & Artis limina refugit, enim verò scientiæ penetralia placidissimè subintrat. Simpliciter est speculativa; secus practica: unus itidem specificè est, & indivisibilis habitus. Eousque vires suas collimat, ut ad aliarum scientiarum demonstrationes effectivè concurrat. Immò ad eas acquirendas gressum dirigit, manum applicat, mentem ducit: erit igitur intellectui nostro ad eas comparandas per quam utilis, sane proficua, haud necessaria, dummodo substantialem earum, perfectionem exoptes; sin accidentalem, erit unica, quæ pateat ad ipsarum adsecutionem, janua.

DE EL OBJETO DE LA LOGICA.

A Quello que la potencia , ò ciencia mira , à quien se ordena , y lo que , mediante sus actos , toca , se llama *objeto*. Muchas son sus divisiones , dignas de saberse : daremos las mas comunes , y las que fueren necesarias declararemos prontamente en la Palestra , à quien las pregunte. El objeto primario , y que ultimamente intenta la Logica , son los objetos , ò conceptos objetivos; pero cómo? Vestidos de la segunda intencion: mas las voces artificiosas , que los significan, como tambien los actos del entendimiento , se tendran puramente por materia dirigible extrinsecamente, y secundaria ; por lo que , no se debera buscar el objeto formal , que se llama *quòd* , ò *el que* en la activa dirigibilidad de los actos , ò pasiva de los objetos : y asi , si nos hemos de convenir , coloquese , y pongase el dicho objeto formal en la pasiva direccion de los Artefactos Logicales , distinta en todo de los actos del entendimiento , la qual solo consiste , y es una forma de razon fingida con fundamento por el mismo entendimiento. Y esta misma direccion , quando se vea, que se halla en la demonstracion , dese le el nombre de *Objeto de principalidad*; pero si se ve , que toma asiento en la segunda intencion completa de razon , llamese *Objeto de atribucion*. Tres condiciones , que para objeto de atribucion requiere , y pide el Angelico Doctor , las daremos , si se nos preguntan. Restanos el objeto formal, que llaman *quo*, ò *con el que*, de la Logica, y éste lo tenemos, y defendemos en la abstraccion de toda materia por imperfeccion del sugeto.

DE LOGICÆ OBJECTO.

QUOD potentia aliqua, vel scientia mediis propriis actibus concernit, & attingit, illius decantatur objectum: quod quidem varias, easque nostro dignas amplexu, divisiones admittit; communiores afferam, utiliores ad nutum interrogantis exponam. Jam Logicæ primarium, ultimoque intentum ab ea objectum, conceptus habebis objectivos, si eos secundo intentionaliter accipias; voces verò artificiosè dispositas, quemadmodum intellectus actus, materiam purè extrinsecè dirigibilem prospicit, & secundariam. Ejus tamen objectum formale *quod* caveto in actuum activa, aut passiva objectorum dirigibilitate quæras: in passiva tantum artefactorum logicalium directione, quæ ab intellectus actibus prorsus est distincta, quæque in forma rationis ab eo cum fundamento ficta consistit, ponas optamus, sin autem armis conflagemus. Hæccine insuper directio, dum demonstrationem concernit, *principalitatis*, dum secundam rationis intentionem completam conspicit, *attributionis* objecti consequitur rationem. Tres, quas Ang. Doct. ad attributionis objectum statuit, condiciones, referam. Objectum denique formale *quo* Logicæ in abstractione negativa ab omni materia ob imperfectionem optavimus, reperimus, & tenemus.

DEL

DEL ENTE DE RAZON.

EN tiempos passados, quisieron algunos negar la existencia del ente de razon, y borrar con esso hasta su memoria, bien que muy sin razon; por lo que se mantiene en su silla, con mucha obstentacion, y con atencion de todos los Logicos, que gustosos le atienden, reciben, y contemplan. Segun el Angelico Maestro, assi le explico: *Aquello, que solamente tiene ser objetivo en el entendimiento.* Sus divisiones son varias. La extrinseca denominacion de conocido, muy lexos està de ser su constitutivo formal: si este se nos pone en algun *impossible conocido*, aunque se diga, que el *impossible* es la materia, y el *conocimiento* la forma, lo impugnaremos, y no admitiremos semejante constitutivo: menos daremos entrada, si se colocasse, y pusiesse en un agregado de extremos reales por si, y respectivamente imposibles: solo convendremos, si por constitutivo formal del ente de razon se señala, y reconoce un ser fingido, è imposible, distinto de todo ente real, y posible. Para conocer este ente de razon, preciso sera, que usemos de la especie del ente real, y que al modo de este se conciba à nuestro ente de razon, como si fuera tal. Su origen es tan noble, que reconoce por su padre proprio al entendimiento criado por medio de qualquiera de sus tres operaciones, y con esto se entenderà, que aun las Angelicas mentes le pueden formar, y aunque tan perfectas, no se desdeñarán de emplearse en una obra tal; solo el divino entendimiento no es razon, que se emplee, y ocupe en formar obra tan imperfecta, y minima: es verdad, que los entes de razon, que el entendimiento criado forma, los conoce todos, sin que se le passe ni uno.

Quamquam nonnulli retroactis temporibus, perperam licet, entis rationis existentiam è medio tollere voluerint, subsellium adhuc retinet; adeo ut Logici omnes accipere teneantur; sicque Angelico præeunte Thoma definiendum existimo: *Quod tantum habet esse objectivè in intellectu.* Variè partiri solet. Si formale ipsius constitutum requiras, extrinsecam cogniti denominationem procul pelle; impossibile cognitum, impossibili ut materia, ut forma cognitione se habene, foras ejice; aggregatum ex extremis secundum se realibus, & respectivè impossibilibus longius devita: esse fictum, ac impossibile ab omni ente reali, & possibili distinctum tene; & nobiscum invenies. Entis realis specie, & forma circum ordinari debet, ut cognoscatur. Solus, omnisque creatus intellectus, & quavis quidem ex tribus operatione, illud efformare valet. Hinc Angelicas Mentis ejus constructio non præterfugit, immò nec dedecet: dedecet tamen Dei Optimi Maximi clarissimum intellectum hujus imperfecti, minimique admodum operis efformatio, illius etsi ab alio effecti nec dedeceat, subterfugiat, aut prætervolet cognitio.

DE LA DISTINCION ENTRE LOS GRADOS Metaphysicos.

LA identidad no permite rigurosa definicion; pero no sin congruencia se explica, segun la mente del Philosopho, assi: *Unidad en la entidad*; por lo que en todo es opuesta à la *distincion*, la que se declara *carencia de unidad en la entidad*. Muchas son sus divisiones: en la disputa darèmos las necessarias, y conducentes. Muchas son asimismo las señales, que se dàn de la distincion real: darèmos à quien arguyere las que gustasse, y lo que baste para su inteligencia: asimismo explicarèmos à quien pregunte, quáles sean los grados Metaphysicos, y por què con este nombre son conocidos, y nombrados. Entre los grados, pues, Metaphysicos de una cosa criada no reconocèmos de modo alguno distincion real absoluta, por mas que reclamen los sequaces de Raymundo Lulio. La distincion Scotica la tenèmos por superflua: la formal por parte del acto no alcanza, ni es suficiente: es verdad, que no reusarèmos explicar estas dos sentencias, segun la mente de sus Patronos, que lo son de la primera Merinero, y Mastrio, y de la segunda el Padre Lofsada. La distincion virtual maxima la excluimos, y echamos fuera por repugnante, ò implicatoria; y solo admitimos, y defendemos la distincion virtual minima, y la precision objetiva Thomistica formal, que es hecha por la razon, con tal dependencia, y subordinacion à ella, que repugnando todo entendimiento criado, no huviera, ni fuera possible tal precision objetiva.

14

DE DISTINCTIONE INTER GRADUS
Metaphysicos.

Strictam quantumvis non patiatur definitionem identitas, non incongruè de mente Philosophi explicatur: *unitas in entitate*; proindeque identitati ex diametro opposita distinctio, erit: *Carentia unitatis in entitate*. Quæ hujus multiplices divagantur partitiones, in arena dignoscendæ erunt. Plura pariter distinctiois realis statuuntur signa, quæ, prout contendenti arideat, planè referam, ad captum dicam; simulque quid sint gradus metaphysici, & quare hac circumvocentur notione, edisseram inquirenti. Gradus inter metaphysicos ejusdem rei creatæ distinctio realis absoluta penitus est, quidquid Raymundi Lulii Assæclæ contendat, releganda: Scotica distinctio superfluit; formalis ex parte actus haud sufficit; quas quidem, quatenus à suis firmentur Patronis, illam nimirum ad mentem Merineri, & Mastrii, ad mentem Patris Lossada istam, declarare non renuam. Distinctionem virtuales maximam ut repugnantem pariter ablegamus; solumque virtuales minimam, objectivam Thomisticam præcisionem, formalemque per rationem, quæ omni intellectu creato repugnante nulla esset, adsciscimus, amplectimur, & propugnamus.

U*Niversal*, si se atiende el origen de su nombre, como se debe, no es otra cosa, que *uno, que mira, ò dice orden à muchos*. De tres maneras se nombra, conviene à saber; *en el causar* el primero, el que le cayò en gracia à Platon, dexando à parte lo que en las Escuelas disputan de sus idèas: *En el representar* es el segundo, el que suena à los Stoicos, y oyen con mucho gusto los Nominales: *En el sèr, ò en el predicar* es el tercero, y ultimo, à quien hacen la salva con todo afecto los Peripateticos, y le definen afsi: *Uno apto para estàr en muchos, y predicarse de ellos*. Tres condiciones requiere la naturaleza, que ha de ser universal, las que declararèmos con gusto à quien nos las pregunte. No darèmos nombre de universal solamente à las voces, ò à los conceptos, que son signos de las cosas, quando tambien los objetos, que les corresponden, gozan, y obtienen semejante razon, y concepto. Ni se juzgue por esso, que exista, y se dè alguna naturaleza universal realmente, y separada de sus individuos; como ni que sea posible, que exista, y sea universal formalmente. A la naturaleza universal se ha de considerar en tres estados; el primero, en el *de Contraccion*: en este se hallarà desnuda, y sola de unidad positiva, yà sea formal, ò yà material, y solo se encontrarà en ella unidad virtual, y fundamental. El segundo estado es el *de Abstraccion*: en este se verà con unidad positiva formal. El tercero, y ultimo es el de *Solidad*, y aqui se hallarà que tiene unidad negativa, pero no positiva, ni unidad, ni multiplicidad.

UNiversale, si nominis etymon rite inspiciatur, nihil aliud est, quam *unum respiciens plura*. Triplex adnumeratur, nimirum in *causando*, quod Platoni (quidquid inter Scholares circa ipsius scrutetur ideas) arrisit; in *representando*, quod optimè apud Stoicos audit, jucundè apud Nominales sonat; & in *essendo*, seu *prædicando*; quod Peripateticorum salutatur in Scholis, ab hisque ita panditur: *Unum aptum esse in pluribus, & prædicari de illis*. Ternas natura, ut universalis fiat, condiciones exposcit, quas pulsanti aperiam libenter. Non voces tantum; nec quidem tantum conceptus, qui rerum sunt signa, universalis ratione consurgunt; sed objecta quoque illis correspondentia, eadem insimul fruuntur dignitate: nec ullam propterea naturam à singularibus separatam realiter universalem autumes; neque naturam aliquam formaliter universalem à parte rei possibilem judices. Per tres status natura discurrit universalis: primus est *contractionis*, in quo positiva, tùm formali, tùm materiali caret unitate, solumque unitatem virtuales obtinet, & fundamentalem: secundus est *abstractionis*, in quo unitate positiva formali lætatur: tertius est *solitudinis*, in quo una est negativè; positivè autem in hoc statu nec una abit, nec multiplex surgit.

DEL UNIVERSAL METAPHYSICO , Y LOGICO.

EL universal *Metaphysico* es una naturaleza abstrahida por el entendimiento de sus inferiores , el que no se hace tal por el conocimiento, con que los tales inferiores se tocan, y conocen en orden, ò con respecto à una razon comun; como ni tampoco se forma, ò hace por algun acto del entendimiento *Agente*; solo, pues, se hace, y forma por la abstraccion del entendimiento *patible, passible, ò possible*, y sea positiva, ò negativa. Mas quál serà la forma constitutiva de este universal? Acafo serà el acto de entendimiento, que abstrahè? Nada menos que esso. Por ventura, serà aquella unidad de razon, que resulta de la abstraccion del entendimiento, y distinta de su acto? Sin duda alguna essa es, y si asì se entiende: caminarèmos conformes, y sin discrepar un passo uno de otro. El universal *Logico* es una naturaleza comparada por el entendimiento à los inferiores, de quienes la prescindiò, y abstraxo; por lo que se tendrà entendido, que este universal no se hace, ni produce por acto *absoluto* del entendimiento passible, sino es por acto *comparativo*; si bien, no es menester, que sea *compuesto*, basta que sea *simple*. La forma constitutiva, que tiene este universal, es de razon, y es la relacion, con la que la naturaleza se refiere, ò dice orden à sus inferiores; la que pulula, y proviene del mismo conocimiento, que asì la compara à estos; y la que es muy distinta de èl, y de ellos. La actual predicacion de la naturaleza de sus inferiores, ni es tan eficàz, que pueda hacerla universal, ni de tanta potestad, que se lo pueda quitar, ò estorvar, quando solo se estiene de su virtud à conservar, y no impedir la universalidad.

DE

DE UNIVERSALI METAPHYSICO, ET LOGICO.

UNiversale Metaphysicum, quòd est natura ab inferioribus per intellectum abstracta, per cognitionem, qua inferiora in ordine ad unam rationem communem attinguntur, nequaquam adstruitur; nec per actum intellectus *Agentis* efformatur; sed per abstractionem, positiva sit, aut negativa, intellectus *Patibilis* assurgit, & efficitur. Quænam verò erit ejus forma constitutiva? Num actus intellectus abstrahens? Nihil minus. Num rationis unitas ex actu intellectus abstrahente pullulans, ab istoque distincta? Absdubio. Ita sentito, ut pari gressu nobiscum progrediaris. Universale Logicum est natura ad inferiora, à quibus aliàs fuerat præcisa, iterum beneficio intellectus comparata: quocirca illud per actum intellectus patibilis *absolutum*, sed per comparativum, non *compositum*, sed *simplicem* quidem, fieri, nè credas. Formam habet constitutivam rationis nempè relationem, qua natura ad inferiora refertur, quæque ex cognitione illam ad ista comparante, & ab utrisque diversa, sanè exsurgit, verèque resilit. Actualis naturæ de inferioribus prædicatio vires non habet, ut universalem efficiat, nec ea præluceat potestate, ut destruat, ipsum licet conservare valeat, & sufficiat.

DE

EStamos yà en el proprio lugar de los Predicables ; pero antes que hablemos , y tratèmos de ellos, es justo, y debido, que hagamos una breve commemoracion de su Autor, para continuar asì el comun aplauso, con que en esto siempre fuè recibido. No podèmos , pues, negar que este fuè aquel célebre Philosopho de Phenicia , llamado Porphyrio. De què Nacion fuesse, quál su Patria, quál su Religion, quál su profesion, quál su Secta, y quál por ultimo el fin, que tuvo en instituir, y formar este Tratado, en la Palestra darèmos razon puntual de qualquiera de estas cosas que se pregunten. El *Genero*, pues, primer predicable, se define asì : *Universal, que se puede predicar de muchos, que en la especie son distintos, ò diferentes, como parte essencial determinable de ellos.* En esta definicion, lo primero, y principal que se hallarà, que vale lo mismo , que *in recto*, es lo constitutivo, distintivo, ò nocional del genero ; y despues , en segundo lugar, que es *in obliquo*, la naturaleza, que tal se denomina. Y esta doctrina sirva de regla para las definiciones de los demàs predicables. Si se mira la naturaleza generica en orden à individuos incompletos, ò Logicos, se verà, que se predica de ellos con predicacion de *especie* : mas si se compara con los individuos completos, ò especificos, se hallarà, que se predica con predicacion de *Genero*, y queda muy contenta con esso; lo que no tendrà , si se predica de las diferencias con predicacion formal ; pues es mucha la oposicion , y repugnancia, que tiene à esso. La *especie* es, ò *subjecible*, ò *predicable*. La primera es *aquella, que inmediatamente se pone, y coloca debaxo del genero, y de quien este se predica.* La segunda, que tiene el segundo lugar entre los Predicables , es un *universal, que se puede predicar de muchos, que se distinguen en numero, como toda la essencia de ellos.* Ni al genero con una especie sola, ni à la especie con un solo individuo, repugnando los demàs, y las demàs, se hallaràn como tales ; mas si los demàs, y las demàs no repugnan, se hallaràn sin novedad alguna, y con su cara descubierta. DE

AD sedes quinque Prædicabilium accedentes , juvat è limi-
 ne memori plausu eorum recolere , & memorare Aucto-
 rem : hunc celebrem esse illum Phoeniciæ Philosophum , Por-
 phyrum nomine , non est cur negemus : cujus itidem tum Na-
 tione , tum Patria fuerit ipse , quam tenuerit Religionem , qua
 professione luxerit , quam sectam ornarit , quaque allectus fue-
 rit ratione , ut præsentem instituerit tractatum , in certamine de-
 nuntiabo. Genus est : *Universale quod potest prædicari de pluri-
 bus specie differentibus , ut pars eorum essentialis determinabi-
 lis.* In definitione generis (idem de aliis teneto Prædicabilibus)
 notio tenet rectum , natura sibi adrogat obliquum. Natura ge-
 nericæ de individuis incompletis , sive logicis prædicatione speciei,
 de specificis verò , sive completis prædicatione generis contenta
 est : de differentiis demum prædicatione formali nequit , cum id
 repugnet , prædicari. Species uno modo est *subjicibilis* , ea nimi-
 rum , *quæ ponitur immediatè sub genere , & de qua genus præ-
 dicatur.* Alio modo *prædicabilis* , qualiter hoc concernit prædi-
 cabile , & ita definitur : *Universalem quod potest prædicari de
 multis numero distinctis , ut tota eorum essentia.* Nec genus sub
 unica specie , nec species sub unico individuo , cæteris impossi-
 bilibus , conservari potest ; si tamen cætera non repugnent , id
 non incongruit.

DEL INDIVIDUO , Y LA DIFERENCIA.

TOdo aquello , que de tal modo es uno en sí , y distinto de otro qualquiera , que en un todo es immune , y libre de multiplicidad , y carece de divisibilidad , aun en cosas de la misma naturaleza , se llama *Individuo* , el que *primò intentionalitèr* , ò segun su primera intencion considerado , como comunmente se suele tomar , se explica afsi : *Indiviso en sí* , y *diviso* , ò *distinto de otro qualquiera*. *Secundò intentionalitèr* , ò segun su *segunda intencion* tomado el individuo , es *aquel , que solamente se predica de uno*. Como *subjecible* considerado , es *aquel , que inmediatamente se sujeta à la especie*. La razon de individuo , segun su primera intencion , con mucha razon se puede tener por analoga. La *diferencia* es , y se dice de tres modos ; es à saber: *Comun* una , *Propria* otra , y *Propriissima* la ultima , la qual division , aunque analoga , es sin duda muy adecuada. La *diferencia Propriissima* , pues , es la que se cuenta por tercer predicable , el que muy bien se definirà diciendo : *Universal* , que como parte *essencial determinativa* se puede predicar , ò afirmar de muchos. Esta definicion quadra , ajusta , y viene bien à la *diferencia* , sea infima , ò sea subalterna. Pero aunque éstas se distinguen entre sí , en que la primera se dice , y afirma de muchos distintos en numero ; y la segunda se predica de muchos distintos en especie , no por esso son dos predicables , quando solo uno constituyen , y componen.

DE

DE INDIVIDUO , ET DIFFERENTIA.

OMne id , quod ita est unum in se , & à quolibet alio distinctum , ut prorsus multipliciter sit expers , & divisibilitati adhuc in res ejusdem naturæ minimè sit obnoxium , dicitur individuum , quod *primo intentionaliter* vocari consuevit, sicque explicatur : *Indivisum in se , & divisum à quolibet alio.* Individuum *secundo intentionaliter* acceptum , quatenus *prædicabile* ita definitur : *Quod tantum de uno prædicatur* ; quatenus *subjicibile* ita : *Quod immediatè subjicitur speciei.* Ratio individui primo intentionaliter sumpti analogia merito decantanda est. Triplicem agnoscimus differentiam , communem videlicet, propriam , & propriissimam ; quæ divisio licet analogia , adæquata est proculdubio ; ultima verum ex illis tertium hoc constituit prædicabile , ita recte definiendum : *Universale quod de multis prædicari , vel affirmari potest , ut pars illorum essentialis determinativa.* Hæccine definitio differentia subalternæ , infimæ quoque adaptatur ; quæ quidem non duplex adintegrit prædicabile , in eo quamvis discriminantur, quòd prima de specie distinctis dicatur , secunda de numero tantum diversis prædicetur.

DEL PROPRIO , Y ACCIDENTE.

Quatro son los modos en que se puede tomar el *Proprio*, si se atiende à Porphyrio, los que gustosos explicaremos, si se nos preguntassen. Pero à la verdad, aquel, que todos llaman *Proprio en quarto modo*, es el que se debe contar por quarto entre los predicables; el que se puede con propiedad definir así: *Universal, que de muchos se puede afirmar, ò predicar, como cosa fuera de su essencia, pero necessariamente*. En qualquiera *Proprio* de los quatro, que hemos insinuado, importa mucho se discierna, y distinga cada uno de por sí, como tambien su raiz, y su acto; porque si así no se hace, preciso será apartarse de la verdad, y engañarse. El *Accidente* le explicò muy bien Porphyrio así: *Aquel, que puede estar, ò no en un sugeto, sin que por esso dexé de ser*. Mas como predicable se puede definir de este modo: *Universal, que de muchos se puede afirmar, ò predicar, fuera de su essencia, contingente, ò accidentalmente*. Adviertase, que todas las definiciones, que hasta aqui hemos dado de los predicables, si fuere necesario, particula por particula las iremos explicando, con cuidado, diligencia, y con mucho gusto. Sabemos la question grave, y reñida, que tienen los Authores sobre el numero de los predicables; pero nosotros nada menos que subir, ni baxar uno siquiera de los cinco yà referidos; por lo que el numero quinario en esta parte le tenemos por adecuado: bien, que no por esso dámos por inmediata esta division. Si agradasse, se podrá muy bien abstraher de los cinco predicables una razon comun, que sobre univoca, sea genero, ò generica à todos ellos.

DE

DE PROPRIO , ET ACCIDENTE.

Quatuor proprii acceptiones adducit Porphyrius , quas , si interrogare libuerit , lubens afferam , & explicabo. Verum enim verò proprium , quod omnium calculo in *quarto modo* nominatur , prædicabile numero quartum constituit , quod dilucida panditur definitione : *Universale quod de multis affirmari , vel prædicari potest extra eorundem essentiam , sed necessario.* In quolibet proprio ipsum , ejusque radicem , & actum discernas oportet ; sin autem confundas , à recto veritatis tramite declines , necessum erit. Accidens ab ipso Porphyrio sic exactè explicatur : *Quod potest esse , & abesse à subjecto sine ejusdem corruptione* : Ut prædicabile autem ita definitur : *Universalem , quod de multis affirmari potest extra eorum essentiam contingenter.* Omnes prædicabilium definitiones , quas hucusque prodidimus , singulas enodando particulas , ad amussim exponemus , & libentissimè quidem. Multiplex licet inter nonnullos circa Prædicabilium numerum agitetur dissidium , quinarium nihilofecius eorum numerum ut planè adæquatum censemus ; ast eorum jam assignata divisio ut immediata nobis non aridet. Ab illorum formis abstrahi non repugnat communem aliquam rationem , quæ univoca sit , & ad illa quinque genus quam optimè statuatur.

DE

DE LA VERDAD FORMAL, Y DEMONSTRACION.

LA *verdad formal* no es otra cosa, que una conformidad del acto del entendimiento con su objeto, segun éste es en sí, y por aqui se puede conocer la *falsedad*, pues ésta va por camino contrario, y tiene, ò recibe su mas, y su menos, lo que no tiene la verdad. La proposicion mental en materia contingente, que es el sugeto de la question sabida, y comun, puede passar de verdadera à falsa, y de falsa à verdadera. Si se mira la *Demonstracion* en orden à su efecto, se hallará ser un *Sylogismo*, que produce ciencia, ò es la causa de saber. Si empero se mira por parte de su materia proxima, con primor se puede definir así: *Sylogismo*, que procede (ò consta) de primeros (principios) verdaderos, inmediatos, evidentes, por sí notos, (ò conocidos) mas notos, (ò conocidos) primeros, (ò con prioridad) y causas de la conclusion. Muy bella es la division de la *Demonstracion*, en la que es tal, y se llama *propter quid* (ò por su causa inmediata) y en la que se apellida *quia*; (ò por su efecto, ò causa remota) como tambien, en la que se dice *à priori*, (ò por qualquiera de sus causas) y en la que se nombra *à posteriori*; (ò por su efecto) pero no se deberá juzgar, que sea lo mismo la *Demonstracion propter quid*, con la que se denomina *à priori*, ò que las *Demonstraciones à posteriori*, y *quia* no se distinguan. Muy util, y provechoso será, si se procura conocer muy bien, antes de la *Demonstracion*, el sugeto, y predicado de la conclusion, y las premissas tambien. El assenso formal de éstas efectivamente *ut quo*, que dice el Philosopho, ò *con lo que* el Gramatico, concurre à el assenso de la conclusion, y además de esso, necessita à el entendimiento, no solo por lo que mira à la especie del acto, sino es tambien por lo que toca à su exercicio.

DE

DE VERITATE FORMALI, ET DEMONSTRATIONE.

Veritas formalis in conformitate actus cum objecto, ut in se est, consistit; enim verò adversa via incedat falsitas oportet: hæc magis, minusque suscipit, secùs illa. Propositio mentalis de materia contingenti, prout exagitari solet dubium, de vera in falsam, & è contra demigrare potest. Demonstratio, quæ, si ordo ad suum effectum ritè perpendatur, est: *Syllogismus pariens scientiam, vel scire faciens*, ex parte materiæ proximæ apprimè enucleatur: *Syllogismus procedens ex primis, veris, & immediatis, evidentibus, per se notis, notioribus, prioribus, causisque conclusionis*. In demonstrationem *propter quid*, & *quia*, ac in demonstrationem à *priori*, & *posteriori* optimè dividitur: Caveto tamen ne demonstrationem à *priori*, & demonstrationem *propter quid* esse idem, idemque demonstrationem à *posteriori*, & *quia*, esse, contendas. Perquam utile, valdeque proficuum erit, conclusionis subjectum, ejusdem prædicatum, & præmissas probè ante demonstrationem internoscere, & penetrare. Formalis præmissarum assensus ut *quo* effectivè ad conclusionis assensum concurrat, intellectumque non quoad specificationem modo, sed quoad exercitium quoque, ad illum eliciendum necessitat, & impellit.

DEL

DEL FUERO, Y TRIBUNAL DE LA VERDAD.

A Tanto llegó el desvarío de muchos Philosophos antiguos, sujetos por otra parte grandes, y excelentes, que negaron absolutamente la ciencia de las cosas, defendiendo con tenacidad, que todas ellas eran, ò ambiguas, y muy obscuras, ò muy ocultas. De aqui Arcesilas, Antesignano de la Academia, conocido por el apellido de *Nada afirma*, llegó à decir, que nada era verdadero, ni se podia admitir, ò conceder verdad alguna. Metrodoro, Philosopho Atheniense, subió tanto de punto semejante dislate, que tuvo por incierta, y oculta hasta la misma incertidumbre. Muchísimos de la secta de los Pyrrhones, llamados así del Philosopho Pyrrho Eliense, ò de Elis, subscribieron, y siguieron igual delirio. Carneades yà concedió haver verdad, y que podíamos hallarla, y percibirla; pero negó, y renegó el Fuero, ò Tribunal, en que à ésta se la dà lo que de justicia la toca. Propondrèmos si fuere necesario, que el tropèl de razones, con que este ciego esquadron de Philosophos se armò contra la verdad, es irritado, y nulo todo, y de tal modo le desarmarèmos, y desmenuzarèmos, que el mas suave blando zephiro se lo lleve todo, desaparezca, y no quede ni memoria de semejante locura. Para quedar con victoria en ésto, es muy oportuno lo que Arist. dixo en estas palabras: *Toda doctrina, y toda enseñanza intellectiva se causa, y proviene del conocimiento, que preexiste, ò precede.* Tambien dixo Cartesio muy del caso así: *Todo lo que se entiende, y percibe en alguna idèa, ò semejanza clara, y distinta de alguna cosa, es verdadero.* Y así, se tendrá por muy cierto, que se dà el Fuero, y Tribunal de la verdad, en el que haciendo justicia recta, y apartando lo falso de lo verdadero, se dà à la verdad todo su derecho. Pero no se coloque Tribunal tan recto, y justo en solos los sentidos, ò en sola la razon; por lo que decimos, *que aquellos philosophan con acierto, que se valen, y usan de los sentidos, y de la razon, para el recto, y verdadero conocimiento de las cosas;* pues así nos lo enseña Arist. citado de Euf. prep. 11. cap. 6. DE

DE VERITATIS CRITERIO.

Delirarunt plures, alias egregii viri, omnem rerum scientiam de medio tollere tentantes, ambigua omnia, & obscura, vel occulta esse contendentes. Hinc Arcesilas Academiae nihil affirmantis Antesignanus, nihil verum esse, nec veritatem ullam admitti posse existimavit. Metrodorus incertitudinem ipsam incertam esse contendit. Plurimi à Pyrrhone Eliensi appellati Pyrrhonicis, huic subscripserunt sententiæ. Carneades veritatem esse concedens, à nobis vel percipi, vel inveniri posse abnuens, criterium veritatis de medio sustulit, longè propulit. Irritas sanè omninò, quibus hæcine Philosophorum Phalanx invehebatur, proponam rationes, diluam, confringam, & in auras propellam. Ad eorum inanè debellandum delirium, opportunè satis dixit Aristoteles: *Omnia doctrina, omnisque intellectiva disciplina ex præexistenti fit cognitione.* Sanè quam belle etiam Cartesius: *Quidquid in idea clara, & distincta alicujus rei percipitur est verum.* Proindeque dari veritatis criterium quo valeant verà à falsis secerni, citra aleam teneo, & propugno; quod quidem neque in solis sensibus est locandum, neque in sola ratione stabiliendum, sed dicimus, illos rectè philosophari, qui tum sensus, tum rationem in rebus cognoscendis adhibent, ut totidem verbis tradidit Aristoteles apud Euf. præp. XI cap. 6.



DE LA CIENCIA.

YA , pues , en adelante ninguno , que sea de sano entendimiento , se atreverà à negar , que se dà ciencia , la que nosotros fomentamos en nuestro regazo con alhagos , y con Aristoteles así la definimos: *Conocimiento de una cosa por su causa, y que es causa suya , y que de otro modo no puede ser.* Toda ciencia requiere, y pide certidumbre ; pero la evidencia toda , y sola la ciencia natural la posee. La certidumbre es de tres maneras ; es à saber : *Objetiva , formal , y subjetiva.* Dividese tambien en *Moral, Phisica , y Metaphysica* , y faltando qualquiera de éstas , se desvanece el concepto de ciencia. Añade la evidencia à la certidumbre una claridad , con que el objeto se toca , y manifiesta. Entre las divisiones de la ciencia es muy plausible en las Escuelas la que se dà , y dice en *subalternante , y subalternada.* Para la propria , y rigurosa subalternacion se requieren tres condiciones , que diremos , si fuesse necesario. La subalternada en aquel , que no tiene la subalternante , podrá tener la razon de ciencia *quia , y à posteriori* ; pero no tendrá la *propter quid , y à priori.* La opinion , segun Santo Thomàs , es un *acto del entendimiento , que assiente à una parte de dos contradictorias, con temor, y miedo de la verdad de la otra.* Hay mucha distincion de ésta à la duda , sospecha , y juicio temerario. El acto de ciencia , y opinativo no pueden ser à cerca de un mismo objeto formal , aunque sean por diversos medios, y aunque se apele à todo el poder de Dios : y lo mismo se entenderà de los habitos científico, y opinativo; pero si se compara habitos con actos , no se hallarà repugnancia alguna. Si alguien quisiesse , condescenderèmos con satisfaccion en decir algo del modo , ò methodo de enseñar , y de aprender las ciencias.

DE

DE SCIENTIA.

JAM ergò de cætero nullus, nisi lymphatæ mentis, audeat de-
 cere, & negare, dari scientiam, quam quidem gremio confo-
 vemus, & cum Arist. definimus: *Cognitio rei per causam, & quod
 illius est causa, & quod aliter se habere non potest.* Omnis scien-
 tia certitudinem requirit, omnis tamen, & sola naturalis eviden-
 tiam exposcit. Certitudo in objectivam, formalem, & subjectivam
 tripartitur: hæc ulterius in moralem, physicam, & metaphysicam
 secatur; qualibet ex his deficiente conceptus scientiæ illicò corruit,
 certè evanescit. Evidentia supra certitudinem, claritatem, qua ob-
 jectum contingatur, subministrat. Inter scientiæ divisiones jure me-
 rito Scholarum plausu excipitur ea, quæ in *subalternantem*, &
subalternatam dicitur. Triplex ad strictam subalternationem exi-
 gitur conditio, in Lycæo detegenda. Subalternata Facultas in non
 habente subalternantem, rationem scientiæ *quia*, & *à posteriori*
 habere poterit, secus *propter quid*, & *à priori*. *Opinio*, ait Angel.
 Thom. *significat actum intellectus qui fertur in unam partem con-
 tradictionis cum formidine alterius*; à dubitatione, suspitione, &
 iudicio temerario valdè differt. Actus scientiæ, & opinionis (idem
 de habitibus teneo) nec Divinitus erga idem formaliter objectum,
 adhuc per diversa media, valent conjungi. Si actus cum habitibus
 compares, repugnantiam non reperies. De methodo in docendis,
 addiscendisque scientiis, aliqua proferam in certamine, rogatus.

METAPHYSICA INTENCIONAL.

Ponense algunas cosas preambulas à ella.

MUY oculto estuvo este nombre *Metaphysica*, hasta que Alexandro Aphrodiseo, y Juan Philopono, célebres Interpretes del Philosopho, le descubrieron, y dieron à luz; por lo que es preciso decir, que se les ocultò, y passò por alto à los antiguos Philosophos semejante voz. Què Obras escribiesse Arist. con essa, ò baxo de essa voz Griega? Lo sabèmos muy bien, y lo dirèmos, si es menester. El plausible, y célebre consentimiento de Philosophos tiene, que la *Metaphysica*, distinta de las demàs ciencias, es una *facultad, que trata del ente real, abstrahido de materia*. De aqui, pues, se vè yà, que la *Metaphysica* es aquella facultad tan universal, que mirando como esphera propria las causas universalísimas de todas las cosas, se pasea, y anda, contempla, y mira todo el Orbe Literario con una vista pura, simple, y muy abstrahida. Por donde se conocerà bien, con quàn justificada razon el Rmo. P. Nicolàs Concina, del Orden de Predicadores, encomendò encarecidamente la necesidad grande de la *Metaphysica* para todo genero de ciencias, en una eloquente Oracion, que hizo à los Professores de las Escuelas de Padua el año de 1734. Pero como el ente, de que trata la *Metaphysica*, se pueda abstraher de materia de dos modos; de aqui es, que se divide en dos partes; es à saber: *Pneumatologia* la una, y *Ontologia* la otra: que es decir, que la primera es, y se llama *Metaphysica Real*, que guiada solo de la luz natural, demuestra las substancias, y atributos, ò propiedades de las cosas espirituales; y la segunda se dice *Metaphysica Intencional*, que explica el ente real, y sus pasiones abstrahidas de materia por el entendimiento. En suma, la *Metaphysica* viene à ser una *ciencia especuladora de todo ente real segun su genero*. Dicho se està yà, què es especulativa, y què es sabiduria, aunque no inteligencia, prudencia, ni Arte. Su objeto formal *quod* es el ente real abstrahido de materia; y el *quo* la misma positiva abstraccion del ente.

ME-

23]

METAPHYSICA INTENTIONALIS.

Praeambula quaedam.

Eousque *Metaphysicae* nomen abditum omninò fuit, donec Alexander Aphrodisæus, & Joannes Philoponus, Arist. interpretes primò in lucem ediderunt; proindeque antiquos planè lativisse Philosophos, tenendum erit. Quænam verò opera græca illa voce inscripserit Arist. Non me latet; enarrare velim. Celeberrimo attamen Philosophorum consensu, dum *Metaphysicam* audio, *Facultatem de ente reali à materia abstracto differentem intelligo*. Hinc *Metaphysica* est illa facultas adeò universalis, ut universalissimas cunctarum rerum rationes complectens, totum litterarium Orbem unico ferme intuitu, abstractissimo licèt, percurrat, meditetur, intueatur; calleas undè satis superque, quam merito R. P. Nicolaus Concina Ord. Prædic. Oratione apud Gymnasistas Patavinos anno 1734. habita, ejus necessitatem ad omnia prorsus doctrinarum genera commendet, & extollat. Ast cum gemino modo ens à materia possit abstrahi, illinc gemina distinguitur *Metaphysicæ* pars, *Pneumatologia*, scilicet, & *Ontologia*. Illa *Metaphysica* realis dicta, rerum spiritualium substantias, & attributa, solo naturali prælucente lumine, patefacit; hæc autem *intentionalis* *Metaphysica* vocata ens reale, ejusque passiones per mentem abstractas expendit; estque: *Scientia speculatrix, quæ circa ens reale generatim, &c.* Scientiæ speculativæ dignitate præfulget, ad sapientiæ culmen ascendit: intelligentia non est, prudentia, aut Ars. Objectum ejus formale *quod* est ens reale à materia per mentem abstractum: formale *quo*, ipsa positiva entis abstractio.

DEL

Todo lo que en sí mismo no implica contradicción, ò es posible, se dice, y es *ente real*. Este se puede tomar, ò como *participio*, ò como *nombre*. Segun la primera consideracion, se deriva, y viene del verbo *sum*, y así, significa una cosa, que actualmente se dà, y existe. En la segunda acepcion es todo aquello, que no implica, ò no dice contradicción. Tomado el ente en este sentido, se entraña, penetra, y trasciende hasta la ultima diferencia de qualquiera cosa, por muy abstrahida que sea, de tal suerte, que no se podrá prescindir perfectamente esta razon de ente de alguna de sus diferencias. *Lo que de Dios, y de las criaturas se dice*, enseña el Angelico Maestro, *solo con proporcion, ò conveniencia analogica se puede predicar*. Serà acaso el ente así? Sí por cierto. Y se halla en él la proporcion, conveniencia, ò analogia de *atribucion*, y de *proporcionalidad*; si se pregunta, de una, y otra darèmos la razon. Primero hallarèmos en qualquiera cosa el *ente*, que la *substancia*, ò *accidente*, de quienes con analogia se predica, como enseña el Angel de las Escuelas. Las propiedades del ente se alzaron yà con el nombre de atributos, y se reducen à tres, en las que, como en otros qualesquiera generos, se verà incluída, y entrañada la razon de *ente*, y por esso, no se distingue realmente de ellas. La primera propiedad, pues, del ente es la *unidad*, la que consiste en la *indivision de una cosa en sí*, y *division de qualquiera otra fuera de sí*; y esta unidad es positiva perfeccion, por la qual el ente es *uno*. La *verdad transcendental* es la segunda propiedad del ente, la que asimismo es perfeccion positiva, y consiste en la debida conveniencia, y consonancia de los predicados, segun la cosa pide, en quanto dice orden à el entendimiento. La *bondad transcendental* es la tercera passion del ente, y es la misma entidad de la cosa, segun que dice orden à el apetito. Cometèn un grande error aquellos que privan, y niegan al ente, por malo que sea, su bondad transcendental: bien, que no consiste ésta en qualquiera apetibilidad.

QUOD nullam in seipso contradictionem involvit , entis realis nomine insignitur. Ens , *participaliter* sumi valet , & *nominalitèr* ; sub prima acceptione participium est à verbo *sum* , remque existentem significat ; sub secunda valet idem ac , quod nullam contradictionem importat. Hoc acceptum modo ens interiora quarumcumque differentiarum , sint licet abstractissimæ , viscera penetrat , intimos earum cavos adintrat , adeò , ut ab illis perfectè præscindi repugnet. *Quæ de Deo , & aliis rebus* (verbis utor Angel. Doct.) *dicuntur prædicantur analogicæ* : Ens ergo ita ? Ita. *Attributionis* , & *proportionalitatis* analogia in eo viget ; rationem adducam. *Prius est ens substantia , & accidenti , de quibus analogicè prædicatur* , ut Ang. Thomæ insonat tuba. Entis proprietates attributorum nomine eriguntur , ternarioque numero continentur : Eas ens , quæcumque , & genera , transcendit ; realem idcirco ab eis distinctionem excludit. Unitas inter proprietates ordine prima , est : *Indivisio rei in se , & divisio à quolibet alio extra se*. Positiva est unitatis , ratione cujus ens dicitur unum , perfectio. Veritas transcendentalis , secunda entis proprietas , etiam est positiva perfectio entis suis prædicatis consonans , ordinemque ad intellectum exprimens. Bonitas transcendentalis , altera passio , in entitate rei ordinem ad appetitum involvente consistit. Errant turpissimè , qui enti , quantumvis malo , bonitatem ablegant transcendentalem ; quam non quævis constituit appetibilitas.

DE LOS PRINCIPIOS DEL CONOCIMIENTO,
y de la composicion, y constitucion de qualquiera cosa.

LOS primeros principios de nuestro conocimiento, que suelen llamarse *axiomas*, son aquellas proposiciones universales, cuya verdad es tan evidente, y clara, que ninguno por rudo, estolido, y tardo entendimiento que tenga, si quiere usar de èl, puede ignorar, y negar tan clara verdad; por lo que Arist. explica el axioma, diciendo, que es una *sentencia comun conocida, y nota à qualquiera, que la atiende*. Muchos exemplos hay para èsto: los darèmos, si fuere necessario. Pero quàm serà el primer principio de todos los principios? Discordes andan los Philosophos en esto. Cartesio juzgò, que el primer principio de nuestro conocimiento cierto es èste: *Yo entiendo, ò pienso: luego soy, ò existo*. Pero muy lexos de la verdad camina este Philosopho. Y què fundamento tendria para ello? Lo explicarèmos à quien gustasse, y dirèmos màs, y defendèmos tambien, que Cartesio no fuè el Autor de esse principio; pues lo fueron otros mas antiguos que èl algunos siglos. El Señor Eadmundo Purchot defiende con resòn, que el primer principio de nuestro conocimiento cierto es este: *Todo aquello, que se entiende, y comprehende en la idèa, ò semejanza clara, y distinta de alguna cosa, esto con toda verdad se puede afirmar de ella*. O màs breve: *Todo aquello, que se entiende, ò percibe con evidencia, es verdad*. Pero dirèmos con Aristoteles en el libro 4. de los *Metaphysicos*, cap. 3. que el primer principio es èste: *Imposible es, que una misma cosa sea, y no sea à un tiempo*. Y asì nos oponèmos Purchot. Què sean, y quàm los principios constitutivos de una cosa, lo explicarèmos. Para conocer el principio constitutivo intrinseco de una cosa, se daràn estas dos reglas: Primera, *aquello, lo qual faltando, persevera la cosa, y su denominacion, no se tenga por constitutivo intrinseco*. Segunda, *lo que solamente faltando, y perseverando todo lo demàs, falta la cosa, y su denominacion, se tendrà por constitutivo intrinseco de la cosa, y su denominacion*.

DE

DE COGNITIONIS , ET CONSTITUTIONIS
principiis.

PRima nostræ cognitionis principia, quæ *axiomata* vocari consuefcunt , eæ sunt propositiones universales , quibus tanta inest evidentia , tamque clara cum subjecto attributi connexio, ut nemo quantumlibet habes , & stupidus , ad mentem dummodò redire velit , earum veritatem ignorare possit : Unde ab Aristotele explicatur axioma : *Sententia communis , cuilibet attendenti nota.* Non pauca exstant exempla , quæ sine pretio dabo. Enim verò, quodnam erit principium omnium primum? Dissident Philosophi. Existimavit Cartesius primum nostræ certæ cognitionis principium esse hoc : *Ego cogito : ergo sum , vel existo* , sed longius à veritate procedit. Qui fieri potuerit , ut hanc firmaret Thesim ? gratis aperiam : Immò huic tale principium adscribendum non esse , sed aliis, qui eum plurimis præcesserunt sæculis , constantèr propugno. D. Edmundus Purchot primum certæ cognitionis principium contendit esse hoc : *Quidquid in idea clara , & distincta alicujus rei comprehenditur , id de ea re certissimè potest affirmari*; aut brevius: *Quidquid evidentèr percipitur , verum est* : sed ego primum cognitionis principium cum Arist. lib. 4. Metaph. cap. 3. instituens, videlicèt : *Impossibile est , ut idem sit, & non sit*: Purchotio pro viribus obnitor. Quid , & quotuplicia sint constitutionis principia, edisseram. Ad intrinsecum rei constitutum dignoscendum , en duas regulas : *Quo deficiente , perseverat res , aut ejus denominatio , idearum non est intrinsecum constitutum* : : : *Id , quo præcisè deficiente , cæteris perseverantibus , deficit res , seu denominatio , intrinsecum est rei , vel denominationis constitutum.*

DE LOS UNIVOCOS , EQUIVOCOS , ANALOGOS, y Denominativos.

LOS univocos , ò *synonomos* , son aquellos , cuyo nombre es comun , y la razon de substancia significada por èl es la misma en un todo. Los equivocos , ò *homonymos* , son aquellos , cuyo nombre es comun ; mas la razon de substancia significada por èl , es del todo diversa. Los equivocos , unos son equivocantes , y equivocados otros ; lo que tambien se hallarà en los univocos ; bien que nosotros , siguiendo à Aristoteles , solo hablamos , y definimos los univocos univocados , y los equivocos asimismo equivocados. Los analogos , de los que Aristoteles no hizo mencion , se explican muy bien asi : cuyo nombre es comun , y la razon de substancia significada por èl , en parte es la misma , y en parte diversa ; por lo que vienen à ser un medio , aunque no riguroso , entre los univocos , y equivocos. Dividense , pues , en *Analogos Physicos* , los que no son tales en todo rigor , y *Analogos Logicos* ; y éstos en *Analogos de atribucion* , y *analogos de proporcionalidad* ; la qual division , sobre ser adecuada , encuentra en sus miembros dividentes quatro condiciones contrarias , las que diremos en la Palestra. Y por no padecer engaño , se deberà hacer distincion entre *proporcion* , y *proporcionalidad*. De la *Analogia* daremos tres causas. Los *Denominativos* , ò *Paronymos* , son aquellos , que trahen su apelacion , ò denominacion de algun nombre con la diferencia , ò distincion en solo el caso , que viene à ser lo mismo , que traher , ò tener de otro alguna denominacion. Tres cosas , que se hallan en los *Denominativos* , las explicaremos à quien gustasse preguntarlas. De dos modos es la *denominacion* , *intrinseca* una , y *extrinseca* otra : de una , y otra igualmente daremos , y explicaremos esencia , y naturaleza.

DE

DE UNIVOCIS , ÆQUIVOCIS , ANALOGIS,
& Denominativis.

UNivoca , aliàs synonymas , sunt ea : *Quorum nomen est commune, ratio verò substantiæ nomini accommodata est omnino eadem.* Æquivoca , seu homonyma , ea dicuntur : *Quorum nomen est commune, ratio verò substantiæ nomini accommodata est omnino diversa.* Æquivoca alia vocantur *equivocantia, equivocata* alia ; idem sentias de univocis , optamus. Nos hic Arist. morem gerentes univoca *univocata* , & æquivoca *equivocata* tantum definimus. Analoga , quæ Arist. prætervolantur , sic , & optimè quidem , explicari solent : *Quorum nomen est commune, ratio verò substantiæ nomini accommodata est partim eadem, partimque diversa.* Analoga hinc medii rationem , non tamen rigorosi , univoca inter , & æquivoca obtinent ; quæquidem in analoga physica, (hæc vero non sunt strictè talia) & Logica , ulteriusque in attributionis , & proportionalitatis Logica analoga , dividuntur : quæ divisio adæquatione pollet ; ejus aut membris quatuor insunt proprietates contrariæ , de quibus in pugna. Si proportionem , & proportionalitatem pro eodem accipis, te ipse decipis. Tres analogiæ causas admitto. Denominativa , seu Paronyma sunt ea , *quæ ab aliquo nomine appellationem habent, solo differentia casu* ; seu quæ aliqua ab alio denominatione congaudent. Quæ tria in denominativis reperiuntur , arrideat inquirere , ut lubeat enuntiare. Duplex adscribitur denominatio , extrinseca una , intrinseca alia ; utriusque ostendam essentiam , aperiendam naturam.

CInco son los estados en que el ente real criado se halla , en los que se registra , y encuentra con alguna alternativa variedad ; pero todos son distintos entre sí , y separables uno de otro. Así los ordenamos , y llamamos : *El quidditativo*, el de *posibilidad* , el de *futuricion* , el de *existencia* , y el de *pretericion*. En el *quidditativo* solo los predicados esenciales se hallarán tan intimados con el ente , que los incluye por quidditativa identidad, y metaphysica inclusion ; por lo que, muy lexos está el ente en este estado de todo sér physico , sea subjetivo , ò sea potencial. La *posibilidad* es de dos modos ; es à saber : *Extrínseca* una, y otra *intrínseca*. Aquella consiste en la virtud misma de la causa ; y así , conforme fuere ésta , será aquella ; esto es , ò contingente , ò necesaria. Esta es la no repugnancia, ò posibilidad de los predicados esenciales para existir. La *futuricion* añade à la posibilidad la determinacion en la causa, para dàr la existencia al efecto en algun tiempo ; y así , el futuro es lo que está determinado en la causa para tener existencia en algun tiempo. Y la futuricion viene à ser, segun esto : *Una determinacion formal del efecto para tener existencia en el tiempo siguiente*. No se piense , que esta sea otra cosa màs que el divino decreto eficàz absolutamente. La *existencia* es el acto ultimo del ente , y con èl la cosa se pone fuera de sus causas, y existe completamente. Entre esta, y la esencia se hallará en las cosas criadas distincion real. No es substancia la existencia , ni accidente entitativo tampoco ; pues què será ? Preciso es que sea un modo , ò substancial , ò accidental , segun la cosa en que se halla. Si se tiene, y siente así , estamos conformes. Una sola existencia basta para todo el compuesto ; y aunque absolutamente la esencia es mas perfecta , que la existencia ; pero en algun sentido, excede ésta à aquella. La *pretericion* es el divino decreto , con que Dios determina , no conservar màs la cosa existente, ò con su existencia.

QUINQUE sunt entis realis creati status, per quos divagari potest, & alternanti quadam vicissitudine quodammodo discurrit: omnes sunt distincti, & separabiles omnes: quos sequenti ordine, *quidditatis*, scilicet, *possibilitatis*, *futuritionis*, *existentiæ*, & *præteritionis*, juvat innectere. In statu quidditativo prædicata tantum essentialia per quidditativam identitatem, & metaphysicam inclusionem, sibi ens coaptat, & admittit; esse verò physicum, subjectivum sit, aut potentiale, fugat procul, omnino excludit. Duplex distinguitur possibilitas; aliam dicito extrinsecam, causæ nimirum virtutem, quæ pro causæ conditione, vel contingens est, vel necessaria: intrinsecam aliam, prædicatorum, scilicet rei essentialium, ad existendum non repugnantiam: Cui quidem futuritio determinationem in causa, ut aliquo tempore in existentiam exsiliat, superaddit: subindeque futurum est: *Quod est determinatum in causa ad habendam existentiam pro duratione sequenti.* Futuritio autem: *Formalis determinatio effectus ad habendam, &c.* Quæ in divino decreto, & efficaci absolutè, planè consistit. Existentia est: *Actus ultimus entis, quo res formaliter, & completè ponitur extra causas:* Ab actuali essentia in rebus creatis realiter differt. Non est substantia; non accidens entitativum. Quid ergo? Modum quemdam dicito substantialem, vel accidentalem, juxta naturam rei, cujus est modus, & pace fruemur. Unica composito sat est existentia; quæ licet essentiæ in perfectione simpliciter cedat; eam tamen secundum quid superat. Præteritio est Divinum Decretum, quo res non ultra servanda decernitur sub existentia.

DE LOS PREDICAMENTOS.

Aquellos supremos generos del ente, que el entendimiento concibe, y vè, que existen en las cosas, y se predicán de ellas, Quintiliano los llamó *Elementos*: no pocas veces en Griego se dicen *Catégorias*; pero los Dialecticos convienen, y concuerdan con Boecio en nombrarlos *Predicamentos*. El *Predicamento*, pues, es una, *recta série*, y *coordinacion de los generos, especies, è individuos*, que se contienen debaxo de un supremo genero. Esta coordinacion se puede hacer por composicion, ò por resolucion, como el exemplo mostrarà. Muchas son las condiciones, que suelen pedirse, para que una cosa se coloque en tan alto supremo grado; pero daremos una sola regla, que baste para esto, y es esta: *Aquello se coloca propriamente en predicamento, que con toda propiedad participa el supremo genero de aquel predicamento*. Muchas, y diversas son las opiniones de los Philosophos à cerca del numero de ellos, y ofrecèmos referirlas. Pero mirando bien, y legitimamente el fin que el Philosopho tuvo para dár à luz el Libro de los Predicamentos, què inconveniente puede haver en que se aumenten, ò disminuyan? Ni por esto despreciamos el decenario de ellos, probado, y aprobado con la grave autoridad de los Antiguos; antes bien los referirèmos por su orden: *Substancia, cantidad, qualidad, relacion, accion, passion, ubi* (lugar) *quando, sitio* (ò calidad del lugar) y *habito*. Esta division en el modo laudable, que yà diximos, es analoga; pero no inmediata. Por ultimo, se nos preguntará acaso, cómo se ha de ordenar el arbol predicamental, tan célebre, y plausible? A esto responderèmos, que son tan varias; y diversas las sentencias, como los juicios, y pareceres de los Modernos, y de los Antiguos: aquellos siguen la coordinacion, que Purchot hizo, segun la mente de Platon; à estos les gusta la disposicion de Porphyrio; esto seguimos, y defendèmos, y lo otro no admitimos.

DE

DE PRÆDICAMENTIS.

Suprema ea capita entium, quæ ab intellectu in rebus existere, de ipsisque prædicari concipiuntur, à Quintiliano Elementa vocantur; non raro Græco notamine *Cathegoriæ*, frequentius Dialecticorum consensu cum Boetio *Prædicamenta* dicuntur. Est igitur Prædicamentum: *Recta series, & coordinatio generum, specierum, & individuorum, quæ sub aliquo supremo genere continentur.* Per compositionem, aut resolutionem, exemplo monstrante, hæc fieri potest coordinatio. Plures, ut res Prædicamenti solum teneat, enumerari solent conditiones: En tamen unicam, quæ sufficiat, regulam: *Illam res propriè in Prædicamento collocatur, quæ propriè genus supremum illius Prædicamenti participat.* Varias Philosophorum circa Prædicamentorum numerum hinc inde divagantes sententias recensebo. Equidem, ritè perpenso fine, quo Arist. Prædicamentorum librum in lucem dedit, eorum numerum augeri, minuique posse, quid prohibet dubitare? Non tamen eorum decenarium numerum, veterum autoritate probatum, me ideò despiciere, autumes: Quin potius ex ordine profero: *Substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, passio, ubi, quando, situs, & habitus.* Hæc laudato modo divisio analogica est, ast non immediata. Jam tandem, qualiter Prædicamentalis celeberrima arbor ordinanda sit, variæ pro variis recentiorum, veterum que placitis sunt sententiæ: Illis Purchoti coordinatio ad mentem Platonis disposita arridet: his Porphyrii dispositio placet: Hanc constantè propugno; illam viriliter despicio.

DE LA SUBSTANCIA , Y SUBSISTENCIA.

COMO el constitutivo de la *substancia* sea la exigencia de existir por sí, se define así: *Ente, à quien se debe el existir por sí.* En tan estrecho, y corto domicilio, y habitacion, como tiene este predicamento, no cabe, aun indirectamente, Dios Inmenso, y Maximo: bien, que Christo, Señor Nuestro, segun su naturaleza humana, cabe, y se coloca en él directamente. El complemento de la substancia es la *subsistencia*, la que se explica así: *Acto ultimo de la cosa, que la cumple, ò perficiona ultimamente en la linea de substancia.* Por lo que se ve ya, que la *Subsistencia* es, no solo la ultima perfeccion de la cosa, sino que la hace tambien incomunicable à otro supuesto, y es como forma, que le constituye; y así se llama la *Subsistencia Hypostasis.* (Supuesto, ò persona) La *Personalidad* es *Supositalidad*, y la *persona* supuesto; pero no así al contrario. Es la *Subsistencia* un modo positivo substancial, que perficiona la naturaleza; y así se distingue realmente de ella. Y de tal modo termina la subsistencia à su naturaleza propria, y criada, que no admite otra en su compañía, ni puede, aunque quisiera, El *Accidente predicamental*, que sobreviene à la cosa constituida, es un *Ente, que se recibe en otro.* La *inherencia* puede ser *Exigencial*, ò *Actual*; ésta no constituye al accidente, la otra sí. Tiene el accidente su existencia propria, y distinta de la existencia de la substancia. Los accidentes, unos son *Entitativos*, y *Modales* otros. Aquellos son entidades phisicas, y absolutas; pero estos respectivas. El *modo* es una actual determinacion, ò estado de la cosa, no esencial: es de dos maneras; esto es, *intrinseco* uno, y otro *extrinseco*. De uno, y otro daremos adecuada razon à quien preguntasse.

DE

CUM per exigentiam per se existendi substantia constituatur, quam optimè definitur: *Ens, cui debetur existere per se.* Sub angusto Prædicamenti substantiæ tuguriolo Deus Opt. Max. ne indirectè quidem immoratur, quamvis secundum naturam humanam Christus Dominus directè collocetur. Subsistentia substantiæ complementum, est: *Actus ultimus rei eam complens in linea substantiæ.* Hæc est, quæ naturam complet; quæ eam alteri supposito incommunicabilem reddit; quæque, velut forma suppositum constituit; eamque proculdubio hypostasim appellare licet. Personalitas, est suppositalitas; personaque suppositum; non verò è contra: Subsistentia in modo substantiali positivo naturam complente consistit; proindeque à natura realitè differt. Naturam creatam propria terminatam subsistentia, impossibile est, per aliam terminari. Accidens prædicamentale, rei in suo esse jam constitutæ superveniens est: *Ens alteri inhærens.* Inhærentia quæcumque vel *exigentialis* est, vel *actualis*; hæc accidens non constituit; sed illa ipsum essentialitè coalescit. Accidenti competit existentia propria, quæ à substantiæ existentia est distincta. In *entitativa*, & *modalia* dividuntur accidentia: illa physicum aliquid sunt, & absolutum: ista tantummodò sunt aliquid respectivum. Modus est, actualis determinatio, reivè non essentialis status; qui in *intrinsicum* partitur, & *extrinsicum*: utrumque exponam, amborumque viscera pandam.

Aquel accidente, que extiende, y dilata à la substancia material, se llama *Quantidad mole*, (ò corpulenta) y consiste, ò es una extension de partes en orden à si mismas : se distingue realmente de la substancia material , y respecto de ésta tiene el cargo de accidente entitativo. Tiene la *Quantidad* varias divisiones ; algunas especies ; como tambien algunas propiedades. Todo lo diremos, si fuere necesario. La *Qualidad*, segun Arist. es *aquello, con que alguna cosa se dice qual* : (en la calidad) ò como mas claro enseña el Angelico Maestro , es un *accidente absoluto* , que se consigue, ò supone à la forma , modificativo de la substancia en si misma. Estamos prompts, si fuere necesario, à explicar, y defender las quatro classes , ò especies de *qualidad* , que Aristoteles enseña. La *Relacion*, tomada en toda su amplitud, es una habitud, orden, ò respecto de una cosa à otra. Mirese con atencion , y reflexion , que así se hallará en ella el *subjecto* , en que estriva , ò se recibe el *termino* à que mira , y el *fundamento* , en que se funda. Para que evitemos disputas muy reñidas , no se nos niegue la *Relacion predicamental*. Esta la distinguimos realmente de su fundamento , y de su termino, y decimos, y sentimos , que es un modo positivo superaddito à éstos, y distinto realmente de uno, y otro. De los demás Predicamentos hablaremos en la Palestra , preguntados. Y asimismo explicaremos la naturaleza propria , y distintiva de los cinco *Pos-predicamentos* , los que no teniendo lugar fixo , andan vagos por todas partes , y son unos modos aficientes , adherentes , y consiguientes à las naturalezas , que se colocan en los Predicamentos. La *Oposicion* es de quatro modos ; es à saber , *Contraria* , *Contradictoria* , *Privativa* , y *Relativa*. De quatro maneras puede ser la *prioridad*, y *simultad* ; esto es , en la *Dignidad*, en el *Orden* , en el *Tiempo*, y en la *Naturaleza*. De todo daremos razon, si nos fuere preguntado.

Doct. D. Demetrio Lorès , Canonig. y Rector de la Universidad.

Accidens illud, quod substantiam materialem extendit, & quasi dilatat, *quantitas* mollis nuncupatur, & per extensionem partium in ordine ad se constituitur: à substantia materiali, realitèr differt; accidentisquæ entitativè respectu hujus munia exercet. Quantitas divisiones sortitur varias; species habet nonnullas, proprietates confovret quasdam; proferam omnes. Qualitas est: *Id quo aliquid dicitur quale*, ut Arist. placuit; vel clarius, ut Doct. Angel. libuit: *Accidens absolutum formam consequens, substantiæ in se ipsa modificativum*. Quatuor, quas Arist. enumerat qualitatis classes, explanaturus, prout opus sit, & complector, & propugno. Relatio, totam sui quatenùs latitudinem prospectat, habitudo est, ordo, vel unius ad aliud respectus: Pro meritis relationem perpende, & *subjectum*, quo innititur, *terminum* ad quem fertur, atque quo exigitur, fundamentum invenies. Prædicamentalem relationem, nisi nobiscum rixam excitare velis, negare non audeas: quam quidem à fundamento, & termino realitèr distinctam noscimus, atque in medio positivo ipsis superaddito, ac ab utroque realiter distincto consistere, firmamus. De cæteris prædicamentis in Palæstra. Propriam quinque Post-prædicamentorum, quæ communitèr circumvagantur; quæque modi naturas in Prædicamentis collocatas afficientes dicuntur, naturam, & notionem enucleabo. Quadruplex est oppositio, *contraria*, *contradictoria*, *privativa*, & *relativa*, Quatuor modis evenire potest prioritas, & simultas, *ordine*, *dignitate*, *tempore*, & *natura*, de quibus, tua referat inquirere, ut mea inter sit eviscerare.



Doct. D. Demetrius Lorès, Canonicus, & Universitatis Rector.







